bis[1]. Propheta autem ait : *Habitabo in eis, et inambulabo inter illos*[2]. Nosque ipse confortavit, ut tentationes nobis ingruentes non reformidemus, et dixit : *Si verbum meum audierunt et servaverunt, et vestrum servabunt; et si me persecuti sunt, et vos persequentur*[3]. Iterum nobis ait : *Ne sitis de mundo, sicut ego non sum de mundo*[4]. Subdit vero : *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret*[5]. Haec igitur cum a Iesu Vivificatore nostro acceperimus praecepta, non possumus via in qua ipse ambulavit declinare. Si Christum odio affecerunt, et nos oderint; si Christo vincula dederunt, et nos vincient; si Christum in maxilla percusserunt, et nos pariter caedent; si Christus passus est, nos quoque patiemur.

48. Magnum enim est [Dei] optimi donum quod apud nos est. Libere enim volens nos in peccatis nostris iustificari, licet nil ei prosint opera nostra bona, nos erudit ut coram eo placeamus; et cum ipsum rogare nolumus, nobis irascitur. Iugiter nobis proclamat : *Petite et accipite, et cum quaesieritis invenietis*. Divitiae eius explent indigentem; neque enim reperitur quis aiens : Satis accepi, cum de praeclaro

ABC] — 1 AC ܗܘܐ ܕܝܠܗ [ܕܡܫܝܚܐ. — 2 C desinit ܒܗܘܢ. — 5 A ܐܡܪ. — 6 7 A ܐܦ. — 13 A ܗܠܟܬܗ. — 14 *B* ܘܐܢ. — 15 *B* prius ܐܦ in ܐܢ ab ipso librario emendatum. — *Ib*. A om. ܐܢ ܠܡܫܝܚܐ ܐܣܪܘ ܐܦ. — 17 A ܚܫ ܡܢ [ܚܫ. — 25 A ܡܫܬܐܠ.

[1] I Cor. III, 16. — [2] Lev. XXVI, 12. II Cor. VI, 16. — [3] Ioh. XV, 20. — [4] *Ib*. XV, 19; XVII, 16. — [5] *Ib*. XV, 19.

eius thesauro sumpsit. In iis qui petunt ab eo, ipse delectatur, nobis constanter clamans : *Petite et accipite, et cum quaesieritis invenietis*[1]. Et ex iis qui ab eo connituntur accipere, si quis divitias eius semel exploraverit, rursum ab eo accipere indiget. Quis conferri potest ei dicenti : *Petite et accipite,* et nobis non petentibus irascenti ?

49. Et quamvis illud eum non rogaverimus, donum suum, nunquam antea apud nos inventum, nobis misit, Christum nempe, tanquam hominem, qui malignum et virtutem eius derideret, et evictum exercitum a nobis propulsaret. Innocentem ad nos misit iudicandum et condemnandum, ut debitores in iusto eius iudicio iustificarentur. Fortissimum misit in similitudine nostrae infirmitatis, ut debilitatem nostram virtute maligni validiorem efficeret. Corpus de pulvere induit, et traxit illud ad naturam suam. Recondidit in nobis sal, dissolvens putredinem, ut serpens, ad comedendum accedere tentans, sal illud abhorresceret, quod nequit manducare. Misit innocentem, Filium suum, ad nos, ut mortem nostrae similem pateretur, et mors pudore ab ipso suffunderetur. Magnum est donum pusillis ab optimo [Deo] praestitum! Quid nobis Filio suo

ܢܣܒ ܡܢ ܓܙܗ ܡܥܬܪܢܐ. ܪܥܐ ܒܫܐܠܝܢ ܕܫܐܠܝܢ ܠܗ: ܩܪܐ ܠܢ ܒܟܠܥܕܢ ܕܫܐܠܘ ܘܣܒܘ: ܘܟܕ ܬܒܥܘܢ ܬܫܟܚܘܢ. ܘܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܦܛܝܢ ܠܡܣܒ ܡܢܗ: ܕܐܢ ܒܨܐ ܚܕ ܙܒܢ ܠܥܘܬܪܗ ܬܘܒ ܣܢܝܩ ܠܡܣܒ ܡܢܗ. ܡܢܘ ܡܫܬܘܐ ܠܗ ܕܐܡܪ: ܫܐܠܘ ܘܣܒܘ: ܘܪܓܙ ܥܠܝܢ ܟܕ ܠܐ ܫܐܠܝܢܢ ܡܢܗ܀

ܘܐܦ ܟܕ ܠܐ ܫܐܠܢܝܗܝ ܫܕܪ ܠܢ ܡܘܗܒܬܗ ܕܠܥܠܡ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܗܘܬ: ܫܕܪ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܢܓܚܟ ܥܠ ܒܝܫܐ ܘܥܠ ܚܝܠܗ ܘܢܛܪܘܕ ܡܢ ܠܘܬܢ ܚܝܠܐ ܙܟܝܐ. ܫܕܪ ܙܕܝܩܐ ܠܘܬܢ ܕܢܬܕܝܢ ܘܢܬܚܝܒ: ܕܢܙܕܩܘܢ ܚܝܒܐ ܒܕܝܢܗ ܙܕܝܩܐ. ܫܕܪ ܠܚܝܠܬܢܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܡܚܝܠܘܬܢ: ܕܢܚܝܠ ܡܚܝܠܘܬܢ ܥܠ ܚܝܠܗ ܕܒܝܫܐ ܠܒܫ ܦܓܪܐ ܕܡܢ ܥܦܪܐ ܘܢܓܕܗ ܠܟܝܢܗ. ܘܛܡܪ ܒܢ ܡܠܚܐ ܡܫܪܐ ܠܣܘܪܚܢܐ: ܕܟܕ ܢܩܪܒ ܚܘܝܐ ܠܡܐܟܠ ܠܡܐܟܘܠܬܗ ܢܬܪܓܙ ܠܗ ܡܢ ܡܠܚܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܐܟܠܘܬܗ. ܫܕܪ ܙܟܝܐ ܠܒܪܗ ܠܘܬܢ ܕܢܛܥܡ ܐܝܟ ܡܘܬܢ ܕܢܒܗܬ ܒܗ ܡܘܬܐ. ܪܒܐ ܗܝ ܡܘܗܒܬܗ ܕܛܒܐ ܕܝܗܒ ܠܙܥܘܪܐ. ܕܡܢܐ ܡܢ ܒܪܗ ܛܒܐ ܘܠܐ ܗܘܐ

AB] — 4 A ܕܡܬܚܦܛܝܢ. — 10 A ܡܘܗܒܬܗ. — 18 A ܘܢܓܕܗ. — 21 A desinit ܠܣܘܪܚܢܐ.

[1] Matth. VII, 7.

ܠܡܬܠ ܠܢ܆ ܟܕ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܝܘܡܢܐ ܚܝܒܝܢ ܗܘܝܢ ܗܕܐ ܡܘܗܒܬܐ ܝܗܒ ܠܢ܆ ܟܕ ܙܕܩܢ ܡܢܐ ܢܬܠ ܠܢ ܐܠܐ ܚܝ̈ܐ ܥܡ ܕܐܬܐ ܠܘܬܢ ܡܢ ܕܥܠ ܒܪܗ ܠܐ ܚܣ ܕܢܫܠܡ ܠܚܣܕܐ܀

ܬܡܝܗܐ ܗܝ ܘܪܒܐ ܡܘܗܒܬܗ ܕܠܘܬܢ. ܢܦܩ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܡܢ ܐܬܪܗ ܠܣܘܥܪܢܐ ܕܐܣܝܘܬܢ܆ ܘܐܬܕܒܪ ܒܡܘܠܟܢܐ ܕܦܓܪܐ ܡܚܝܠܐ ܒܝܠܕܐ ܐܝܟܘܬܢ ܚܣܕܐ ܝܬܝܪ ܡܢܢ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܣܒܠ ܚܠܦܝܢ܆ ܘܪܗܒܘܢܐ ܕܚܝ̈ܝܢ ܢܣܒܢ ܡܘܗܒܬܗ. ܐܢܐ ܗܕܐ ܐܡܪ ܠܝ ܠܡܐܡܪ܆ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܡܘܗܒܬܐ ܕܢܫܕܪ ܠܘܬܢ ܕܪܒܐ ܗܝ ܡܢ ܗܕܐ. ܡܐ ܕܐܬܐ ܢܣܒ ܡܢܢ ܪܗܒܘܢܐ ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܗ ܘܐܡܪ ܠܢ܆ ܕܐܢܬܘܢ ܒܝ ܐܝܬܝܟܘܢ ܘܐܢܐ ܒܟܘܢ ܐܢܐ. ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ܆ ܕܐܣܩܢ ܘܐܘܬܒܢ ܥܡܗ ܒܫܡܝܐ. ܪܫܐ ܕܢܘܚܡܢ ܦܓܪܐ ܕܠܒܫ ܡܢܢ܆ ܚܪܪܗ ܡܢ ܫܥܒܕܘܬܐ ܘܐܥܠܗ ܠܘܬܗ܆ ܘܫܪܪ ܠܢ ܡܘܠܟܢܘܗܝ ܕܥܡܗ ܢܗܘܐ. ܦܫܝܩܐܝܬ ܐܡܪ܆ ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ. ܡܚܕܝܢܢ ܢܚܕܐ ܒܪܗܒܘܢܐ ܕܕܒܪ ܡܢܢ ܘܝܬܒ ܒܫܘܒܚܐ ܥܡ ܡܠܟܐ ܡܫܒܚܐ܀

maius dare poterat? qui, cum gravioribus quam hodie peccatis essemus obnoxii, tale nobis donum largitus est, cum nunc sumus iustificati, quid nobis tribuet, nisi vitam cum illo qui ad nos venit, qui proprio Filio non pepercit, adeo ut ipsum opprobrio traderet[1]?

50. Mirandum et sublime est donum eius apud nos. Prodiit enim Rex de loco suo ut nobis mederetur, et debilis corporis viam ingressus; nativitatem nostrae similem, et opprobria nostris graviora expertus est. Haec omnia pro nobis postquam toleravit, donum eius percepimus, pignus vitae nostrae. Hoc equidem mihi dicendum est, donum aliud illo excellentius Deum non habuisse, quod ad nos mitteret. Quando advenit, pignus a nobis accepit, atque ad locum suum abiit, nobisque dixit: *Vos in me estis, et ego in vobis sum*[2]. Ait etiam Apostolus : *Sursum nos eduxit, et consedere fecit secum in caelo*[3]. Principium resurrectionis nostrae est corpus illud, quod e nobis induit, a servitute exemit, atque ad se introduxit, promissionem nobis datam confirmans, nos cum ipso futuros esse. Aperte enim dixit : *Ubi sum ego, et vos eritis*[4]. Laetemur igitur de pignore e nobis abducto, in splendore cum Rege glorioso considenti.

B] — 18 *B* ܐܢܐ (*sic*).

[1] Rom. VIII, 32. — [2] Ioh. XIV, 20. — [3] Eph. II, 6. — [4] Ioh. XIV, 3.

51. Magnum est donum [Dei] optimi apud nos, quod a Rege tanquam pignus sibi simile abductum est, amantissimeque habitum, quodque ad finem usque servabit. Hic est Filius hominis, corpus de Maria [sumptum], quod ex nobis ad locum vitae deductum est. Debile corpus fortissimum factum est, et splendidiore atque illustriore quam in suo lapsu amisit Adam gloria donatum.

52. In te laetamur, Fili dilecte, qui viam nobis quo tendebamus praeparasti. Te confitemur, nostrorum languorum medice, qui Spiritum tuum, corporum nostrorum remedium, in nobis condidisti. Te adoramus [cum] Patre tuo excelso, qui per te nos exaltavit, atque ad se vocavit. Confitemur in te misericordiam quae misit te, et in nobis acquievit, ut per mortem Unigeniti sui viveremus. In te laudamus [Deum] increatum [1], qui te, ex sua essentia separatum, ad nos misit. Te extollimus in sanctitate sedentem illius qui sibi corpora nostra in pignore quod accepimus sanctificavit. Ore nostro confitebimur, quantum poterimus, Virtutem quae advenit, ut nos infirmi vitam haberemus. Quotidie vigilemus, ut per Filium Unigenitum, Patri qui misit eum, laudem referamus. Laetemur in eius dono, ut ipse

B]

[1] Ad verbum : *Ens animae suae, essentia sui ipsius.* Vid. Praef. § 13.

ܡܘܗܒܬܐ ܡܢ ܓܙܗ ܣܢܝܩܘܬܐ ܕܢܒܥܐ ܗܘ ܣܢܝܩܘܬܗ ܕܢܬܠ ܚܝܐ ܠܚܣܝܪܐ. ܪܒܐ ܗܝ ܓܝܪ ܘܡܫܒܚܐ ܡܘܗܒܬܗ ܕܠܘܬܢ: ܕܡܢ ܙܥܘܪܐ ܫܐܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܦ ܟܕ ܠܐ ܢܫܒܚܝܘܗܝ ܗܘ ܡܫܒܚ ܗܘ. ܘܟܕ ܠܐ ܢܪܘܪܒܝܘܗܝ ܗܘ ܡܪܘܪܒ ܗܘ. ܣܢܝܩ ܓܝܪ ܠܡܬܠ ܘܨܒܐ ܕܢܫܐܠ: ܕܒܥܝܢ ܨܠܘܬܢ ܢܬܠ ܠܢ ܕܐܫܬܘܕܝ ܚܝܐ ܘܢܚܐ ܥܡ ܒܪܗ ܝܚܝܕܝܐ. ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܠܡܬܠ: ܘܠܢ ܐܝܬ ܠܡܫܐܠ. ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܚܝܐ: ܘܠܢ ܕܢܥܪܘܩ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܚܝܐ: ܘܠܢ ܩܪܐ ܕܢܣܒ. ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܛܝܒܘܬܐ: ܘܠܐܝܕܝܢ ܫܠܝܛܐ ܕܢܥܪܘܩ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܚܝܐ ܘܢܘܗܪܐ ܠܘܬܗ: ܘܠܢ ܙܗܪ ܕܢܥܪܘܩ ܡܢ ܚܫܘܟܗ ܕܡܘܬܐ. ܠܝܬ ܓܝܪ ܕܡܛܐ ܠܣܘܦܐ ܕܓܙܘܗܝ: ܘܠܝܬ ܕܡܫܟܚ ܠܥܘܡܩܐ ܕܚܟܡܬܗ ܀

ܐܘ ܛܒܐ ܡܪܚܡܢܐ. ܦܬܚ ܬܪܥܐ ܠܒܥܘܬܢ ܪܡܐ ܐܕܢܟ ܠܨܠܘܬܢ ܘܫܡܥ ܠܒܥܘܬܢ ܐܝܟ ܕܐܠܦܢ ܚܒܝܒܟ: ܕܗܘܘ ܡܨܠܝܢ ܘܠܐ ܬܡܠܘܢ ܠܒܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܠܦܢ ܘܐܡܪ: ܕܨܠܘ ܕܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܢܣܝܘܢܐ. ܘܬܘܒ ܕܢܕܥ ܠܟ ܕܢܬܒܥ ܠܡܪܚܡܢܘܬܟ ܘܐܡܪ: ܕܐܝܟܢܐ ܡܢܟܘܢ

B]

in nobis gaudeat. Per eum confiteamur Patrem, ut ipse eum per nos confiteatur. Donum de thesauro eius nobis necessarium requiramus; ipsi enim necesse est vitam indigentibus largiri. Magnum quidem et laudabile donum eius apud nos. A pusillis enim requirit laudem ille qui, etsi eum non laudaremus, laudatur, atque etiamsi eum non extolleremus, est exaltatus. Necesse habet dare, vult autem nos petere, ut precibus nostris promissam vitam nobis largiatur, et cum Unigenito eius Filio vivamus. Proprium ipsi est dare, nobis autem petere. Ipsius est vita, nostrum est mortem effugere. Ipsius est vita, nos vero ut [eam] acciperemus vocavit. Ipsius est gratia, nobis autem in manibus positum ut malum fugiamus. Ipsius est vita, et apud eum lumen, nos vero monuit ut mortis tenebras fugeremus. Nemo est qui thesaurorum illius finem attingat, nemo qui sapientiae eius altitudinem adsequatur.

53. O optime et benignissime! Tu petitionibus nostris ianuam resera, orationi nostrae aurem adverte, et supplicationem audi, quaemadmodum Dilectus tuus nos edocuit : *Orate et nolite deficere*[1]. Iterumque nos admonuit : *Orate ne intretis in tentationem*[2]. Rursus etiam, ut tuam noscamus benignitatem, nobis

[1] Luc. XVIII, 1. — [2] Matth. XXVI, 41.

scripsit dicens : *Nihil a Deo poscetis in oratione, quod vobis non tribuat*[1]. Nunc autem neque in operibus nostris bonis, neque in nostra iustitia confidentes, in conspectu tuo deprecamur, sed propter misericordiam tuam, quia bonus es et benignus. Nos enim tanquam rei coram te exoramus; tu vero, bonus et benignus, orationem nostram ausculta. Nos tanquam infirmi ante te supplicamus; tu vero, fortissime, noli petitiones nostras prohibere. Manus expandimus, et cor habemus ad te, ut gratiam a te petamus atque imploremus. Mens nostra laetabitur cum orationem nostram auscultaveris; animus noster expergiscetur, ut confidenter postulet. Aures nostras ad orationem a te pronuntiatam aperi, et oculi cordis nostri ad te in excelsum ferantur. Supplicationem nostram exaudi, preces nostras suscipe, desiderium nostrum effice, attende, et vocem nostram ausculta; subiectionem nostram respice, et populo tuo parce in tempore angustiae eius. Accelera misericordiam tuam, et fortitudinem tuam ostende. Noli nos in ira tua corripere, neque in furore tuo arguere[2]. Nos populus tuus, plasmatio manus tuae, et opus digitorum tuorum. Ad similitudi-

ܕܠܐ ܒܨܠܘܬܟܘܢ ܠܐܠܗܐ ܕܬܫܐܠܘܢ
ܢܬܠ ܠܟܘܢ. ܘܐܦ ܗܫܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ
ܛܒ̈ܬܢ ܫܦܝܪ̈ܬܐ ܐܘ ܥܠ ܙܕܝܩܘܬܢ
ܡܬܬܟܠܝܢܢ ܘܡܬܟܫܦܝܢܢ ܩܕܡܝܟ:
ܐܠܐ ܡܛܠ ܡܪܚܡܢܘܬܟ ܕܛܒܐ
ܐܢܬ ܘܡܪܚܡܢܐ. ܚܢܢ ܐܝܟ
ܐܝܟ ܚܝ̈ܒܐ ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܩܕܡܝܟ:
ܘܐܢܬ ܐܝܟ ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܫܡܥ
ܨܠܘܬܢ. ܚܢܢ ܐܝܟ ܡܚܝ̈ܠܐ ܡܬܟܫܦܝܢܢ
ܩܕܡܝܟ: ܘܐܢܬ ܚܣܝܢܐ ܠܐ
ܬܟܠܐ ܫܐܠܬܢ. ܦܫܛܢ ܐܝ̈ܕܝܢ ܘܠܒܢ
ܥܡܢ ܠܘܬܟ ܠܡܫܐܠ ܘܠܡܒܥܐ
ܡܢܟ ܛܝܒܘܬܐ. ܚܕܐ ܪܥܝܢܢ ܟܕ
ܬܫܡܥ ܨܠܘܬܢ: ܬܬܥܝܪ ܢܦܫܢ
ܠܡܫܐܠ ܒܬܘܟܠܢܐ. ܐܕܢ̈ܝܢ ܦܬܚ
ܠܨܠܘܬܐ ܕܦܘܩܕܢܝܟ: ܘܥܝ̈ܢܝ
ܠܒܢ ܢܬܪ̈ܝܡܢ ܠܘܬܟ ܠܡܪܘܡܐ.
ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܢ: ܡܠܝ
ܨܒܝܢܢ: ܨܘܬ ܘܫܡܥ ܩܠܢ. ܚܘܪ
ܒܫܘܥܒܕܢ: ܚܘܣ ܥܠ ܥܡܟ
ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܗ: ܘܐܘܚܝ ܚܢܢܟ:
ܚܘܝ ܚܝܠܬܟ: ܠܐ ܬܪܕܝܢ ܒܪܘܓܙܟ
ܘܠܐ ܬܟܣܢ ܒܚܡܬܟ. ܥܡܟ ܚܢܢ:
ܓܒܝܠܬܐ ܕܐܝ̈ܕܝܟ: ܘܥܒܕܐ ܕܨܒ̈ܥܬܟ.
ܒܕܡܘܬܟ ܒܪܝܬܢ: ܒܨܘܪܬܟ ܨܪܬܢ.
ܒܐܝ̈ܕܝܟ ܓܒܠܬܢ. ܡܢ ܥܦܪܐ

AB] — 16 A incipit ܘܡܛܠ. — 17 A ܢܬܪܝܡܢ [ܢܬܪܡܪܡܢ. — 18 A ܘܡܠܝ. — 19 A ܨܒܝܢܢ ܨܘܬ. ܪܚܡܝܟ. — 20 A ܚܘܣ. — 22 B ܬܪܕܝܢ. — 23 B ܬܟܣܢ. — 24 B ܓܒܠ.

[1] Matth. xxi, 22. — [2] Ps. vi, 2.

ܟܝ. ܠܐ ܬܪܓܙ ܠܥܠܡ܆ ܘܠܐ ܬܩܘܡ ܒܪܚܝܩܐ. ܟܕ ܛܥܝܢ ܗܘܝܢ ܦܪܩܬܢ܆ ܟܕ ܡܒܕܪܝܢ ܗܘܝܢ ܟܢܫܬܢ܆ ܟܕ ܣܡܝܢ ܗܘܝܢ ܐܢܗܪܬܢ܆ ܟܕ ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܝܢ ܐܦܩܬܢ܆ ܟܕ ܫܒܝܢ ܗܘܝܢ ܐܚܪܪܬܢ܆ ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ ܗܘܝܢ ܫܪܝܬܢ. ܡܢ ܓܘܒܐ ܚܬܝܡܐ ܟܕ ܠܐ ܗܘܐ ܠܢ ܣܒܪܐ ܩܪܝܬܢ ܠܣܒܪܟ. ܟܕ ܚܛܝܐ ܗܘܝܢ ܨܒܝܬ ܒܢ ܕܢܙܕܕܩ܆ ܟܕ ܠܐ ܫܐܠܝܢ ܫܕܪܬ ܠܢ ܝܚܝܕܝܟ. ܒܕܡܗ ܦܪܩܬܢ܆ ܘܒܐܝܕܗ ܝܕܥܢܟ. ܫܕܪܬܝܗܝ ܠܘܬܢ ܟܕ ܠܐ ܩܪܝܢܟ܆ ܐܩܕܡܬܝܗܝ ܠܒܝܫܬܢ ܟܕ ܠܐ ܒܥܝܢܟ܆ ܐܚܬܬܝܗܝ ܠܫܝܘܠ ܟܕ ܠܐ ܐܠܨܢܟ܆ ܡܟܟܬܝܗܝ ܚܠܦܝܢ ܟܕ ܡܪ̈ܓܙܝܢܢ. ܦܪܩܬܢ ܒܚܫܘܗܝ܆ ܟܕ ܪܒ ܥܘܠܢ ܩܕܡܝܟ. ܘܗܫܐ ܟܕ ܒܥܝܢ ܚܢܢ ܘܣܓܕܝܢ ܚܢܢ ܘܡܘܕܝܢ ܚܢܢ ܘܣܓܕܝܢ ܠܪ̈ܚܡܝܟ ܒܐܝܕܗ܆ ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ܆ ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܢ܆ ܚܙܝ ܚܣܕܢ܆ ܘܚܘܪ ܒܡܘܟܟܢ. ܬܬܪܚܡ ܢܦܫܟ ܥܠ ܥܡܟ ܒܙܝܙܐ܆ ܥܠ ܒܝܬܟ ܕܚܪܒ܆ ܥܠ ܡܕܒܚܝܟ ܕܣܚܝܦܝܢ܆ ܥܠ ܟܗܢܝܟ ܕܣܦܝܩܝܢ܆ ܥܠ ܩܝܡܟ ܕܦܪܝܩ܆ ܥܠ ܡܠܟܝܟ ܕܫܠܝܡܝܢ܆ ܥܠ ܡܕܝܢܬܟ ܡܢ ܟܠ ܕܪܫܝܢܬܟ. ܚܘܝܣ ܥܠ ܥܡܠܢ܆ ܐܬܟܪܝ

nem tuam nos creasti, et fecisti nos ad imaginem tuam; manibus tuis nos finxisti; de Spiritu tuo in nobis habemus. Ne irascaris in perpetuum, et noli procul abesse. Errantes nos salvasti, dispersos congregasti, obcaecatos illuminasti, conclusos eduxisti, captivos liberasti, vinctos solvisti. De fovea clausa, cum nulla spes nobis superesset, ad spem tuam nos vocasti; cum peccatores essemus, in nobis complacuisti tibi ut iustificaremur; et licet non petentibus Unigenitum tuum nobis misisti. Eius nos sanguine redemisti, teque per ipsum cognovimus. Hunc ad nos non te invocantes misisti, et malitiae nostrae, cum te non deprecaremur, obviam dedisti. In infernum, nobis te nil adigentibus, iussisti eum descendere, et pro nobis, iracundiam tuam concitantibus, humiliasti. Nos passione eius liberasti, licet iniquitas nostra nimia sit in conspectu tuo. Et nunc cum precamur, et adoramus, et confitemur, et adoramus misericordiam tuam per ipsum, orationem nostram exaudi, et postulationem suscipe; intuere opprobrium nostrum, et abiectionem nostram respice. Commoveatur anima tua super populum tuum direptum, et domum tuam vastatam, aras tuas disiectas, absumptos sacerdotes, foedus

AB] — 14 B ܘܥܡܗܘܢ. — 15 A ܐܚܬܝ. — 16 A ܘܟܦܪܢ. — 17 A ܐܦ. — Ib. A ܡܢ ܚܣܝܡ . ܡܢ ܗܘܝܢ . ܡܢ ܚܢܢ ܘܣܓܕܝܢ . ܡܢ ܡܘܕܝܢ ܚܢܢ . ܡܢ ܡܢ ܚܢܢ. — 21 A ܬܘܒ. — 23 A ܘܥܠ.

tuum vexatum, libros tuos obsignatos; et super dispersionem atque spoliationem nostram. Ignominia nostra excrevit, populus noster dissipatus est, sanguis noster profusus, foedus nostrum detectum. Parce humilitati, et ignominiae, et confusioni nostrae.

ܥܡܢ: ܐܬܐܫܕ ܕܡܢ: ܡܬܦܪܣ ܩܝܡܢ. ܚܘܣ ܥܠ ܡܘܟܟܢ ܫܝܛܘܬܢ ܘܒܗܬܬܢ܀

54. Quem precabimur? et quis obsecrationem nostram exaudiet? Ad quem ibimus? Ecce tui sumus nos. In ira tua nos castigasti; misericordia tua nos posside. Taedio lassamur; noli dum molestamur te avertere, neque humiliationem et contemptionem nostram producere quemadmodum propheta, sicut nos olim angustiatus, rogabat dicens : *Noli in longanimitate tua deducere me*[1]. Exaudi orationem nostram sicut orationem Moysi amici tui, et inimici retributionem Pharaonis oppressoris accipiant. Attende deprecationi nostrae, sicut Iosue quondam exaudisti, subversusque est Amalec, et memoria eius deleta. Tu priorum ita et novissimorum Deus es. Moysi aurem praebuisti, et Pharaonem immersisti; Aaron audisti, et clades cessavit. Propter zelum Phinees furorem tuum avertisti. Iesu filio Nun auxiliatus es, et inimici eius pudore sunt confusi. Samsoni tempore humilitatis aurem admovisti, et pro eo vindictam de Philis-

ܡܢ ܡܢ ܢܒܥܐ ܘܢܫܡܥ ܒܥܘܬܢ: ܠܘܬ ܡܢ ܢܐܙܠ܆ ܕܗܐ ܕܝܠܟ ܚܢܢ. ܪܕܝܬܢ ܒܪܘܓܙܟ: ܩܢܢ ܒܪܚܡܝܟ. ܫܚܩܢ ܠܟ: ܠܐ ܬܗܘܐ ܟܕ ܬܬܗܦܟ ܠܟ. ܠܐ ܬܐܪܟ ܙܥܘܪܢ ܥܠ ܡܘܟܟܢ ܫܝܛܘܬܢ ܐܝܟ ܕܢܒܝܐ ܒܥܐ ܟܕ ܐܟܘܬܢ ܐܬܐܠܨ ܘܐܡܪ: ܕܠܐ ܒܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܟ ܬܕܒܪܢܝ. ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ ܐܝܟ ܕܡܘܫܐ ܪܚܡܟ: ܘܢܬܦܪܥܘܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܟ ܦܪܥܘܢ ܐܠܘܨܐ. ܨܘܬ ܒܥܘܬܢ ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ ܠܝܫܘܥ ܘܐܬܗܦܟ ܥܡܠܝܩ ܘܐܬܥܛܝ ܕܘܟܪܢܗ. ܐܝܟ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܩܕܡܝܐ ܘܕܐܚܪܝܐ. ܫܡܥܬ ܠܡܘܫܐ ܘܛܒܥܬ ܠܦܪܥܘܢ. ܫܡܥܬ ܠܐܗܪܘܢ ܘܐܬܟܠܝ ܡܘܬܢܐ. ܐܘܬܒܬ ܪܘܓܙܟ ܒܛܢܢܗ ܕܦܝܢܚܤ. ܥܕܪܬ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܒܗܬܘ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ. ܫܡܥܬ ܠܫܡܫܘܢ ܒܙܒܢ ܡܘܟܟܗ ܘܐܬܦܪܥܬ ܠܗ ܒܦܠܫܬܝܐ ܡܥܝܩܢܐ. ܐܨܬܡܥܬ ܠܕܘܝܕ ܡܢ ܓܘܠܝܕ ܦܠܫܬܝܐ: ܡܕܝܢܬܐ

AB] — 2 A ܘܡܫܝܢ ܘܚܬܡܝܢ. — 3 A ܗܘ. — 6 A ܒܪܘܓܙܟ. — *Ib.* A ܒܪܚܡܝܟ. — 8 A ܡܬܗܦܟ. — 10 *B* ܕܠܐ [ܘܠܐ. — 11 A ܬܕܒܪܢ. — 12 A ܨܠܘܬܗ ܕܡܘܫܐ ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ ܘܢܬܦܪܥܘܢ. — 16 A ܘܐܬܟܠܝ.

[1] Ier. xv, 15.

ܠܗ ܕܚܢܢܐ ܕܐܪܓܙܘܟ ܐܚܕܬܗ. ܬܒܥܬ ܡܪܕܘܦܗ ܥܡ ܫܐܘܠ ܥܠ ܥܒܕܗ: ܫܡܘܐܝܠ ܐܬܟܫܦ ܥܠ ܘܐܚܘܝܬܗ ܬܫܒܘܚܬܟ. ܒܥܒܕܐ ܕܚܢܢܐ ܠܐܠܝܐ ؛ ܕܢܗܘܐ ܘܐܬܚܙܝܘ ܟܪܝܬܗ ܠܟܦܘܪܝ ܕܝܠܟ. ܐܠܝܐ ܪܕܝܦܐ ܕܢܣܒܬ ܕܝܢܗ ܘܢܒܝܐ ܕܒܥܠ ܗܘ ܐܬܚܪܒܘ ܘܡܝܟܐ ܐܬܢܛܪ. ܒܪܚܡܝܟ ܪܘܪܒܐ ܒܩܪܒܐ ܕܢܦܠ ܒܗ ܪܕܘܦܗ: ܐܠܝܫܥ ܐܚܘܝܬ. ܠܐܠܝܫܥ ܠܐܠܨܘܗܝ ܟܕ ܥܠܘ ܠܫܡܪܝܢ ܐܬܘܬܟ ܓܠܝܬ ܒܚܙܘܐ ܕܝܠܟ. ܘܝܕܥܘ ܪܒܘܬܟ. ܚܙܩܝܐ ܐܠܝܨܐ: ܥܢܝܬ ܘܚܝܠܟ ܓܠܝܬ ܥܠ ܣܢܚܪܝܒ ܘܥܠ ܚܝܠܗ. ܠܐܣܐ ܥܢܝܬ. ܘܠܝܗܘܫܦܛ ܥܕܪܬ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܠܘܨܘܗܝ ܬܒܥܬ ܬܒܥܬܐ ܡܗܝܪܬܐ. ܠܝܘܢܢ ܡܢ ܥܘܡܩܐ ܕܝܡܐ ܘܡܢ ܟܪܣܗ ܕܢܘܢܐ ܘܡܢ ܥܠܥܠܐ ܕܚܕܪܘܗܝ. ܫܡܥܬܝܗ: ܠܕܢܝܐܝܠ ܒܓܘܒܐ ܫܡܥܬܗ ܟܕ ܨܠܝ ܘܦܨܝܬܗ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܐܪܝܘܬܐ. ܠܚܢܢܝܐ ܘܠܐܚܘܗܝ ܥܕܪܬ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ: ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܐܟܠܬ ܠܡܐܟܠܝ ܩܪܨܝܗܘܢ. ܠܡܪܕܟܝ ܘܠܐܣܬܪ ܒܐܘܠܨܢܗܘܢ ܥܢܝܬ ܠܗܘܢ: ܘܥܡܟ ܦܪܩܬ. ܘܗܡܢ ܪܕܘܦܐ ܒܗܬ. ܐܪܡܝܐ ܐܣܩܬ ܡܢ ܓܘܒܐ ܕܛܝܢܐ. ܘܝܗܒܬܗ ܠܪܚܡܐ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ܀

taeis exasperantibus cepisti. Davidem de Saule persecutore suo ultus es, et de Absalone eum vexante fecisti iudicium. Samuel pro populo suo coram te deprecatus est, et maiestatem tuam adversus eos qui regnum tuum contempserant ostendisti. Eliae vexato iudicium fecisti, et prophetae Baalis illius oratione exstincti sunt. Servatus est Michaeas misericordia tua magna, ceciditque et in praelio occubuit insecutor eius. Elisaei oppressoribus introeuntibus Samariam prodigia tua manifestasti, et cognoverunt magnitudinem tuam. Ezechiam angustia pressum exaudisti, et fortitudinem tuam adversum Sennacherib et exercitum eius patefecisti. Asam exaudisti, et Iosaphat opem tulisti, ac de omnibus vexatoribus eius promptam ultionem exegisti. Ionam de profundis maris, et de ventre ceti, et de procellis eum obvolventibus audisti. Danielis in lacum proiecti precibus annuisti, eumque de leonum ore liberasti. Ananiae et fratribus eius in fornace ignis opitulatus es, et flamma accusatores eius combussit. Mardochaeum et Esther in eorum angustiis exaudisti, et populum tuum eripuisti; Aman autem persecutor erubuit. Ieremiam de fovea luti eduxisti, et coram rege Babylonis gratiosum exhibuisti.

AB] — 3 8 A ܥܡܗ. — 14 A ܚܝܠܘܗܝ. — 15 A ܠܐܠܨܘܗܝ ܟܠܗ. — 17 A ܡܢ primo et secundo. — 21 A ܘܠܐܚܘܗܝ. — 22 *B* ܢܘܪܐ. — *Ib.* A ܩܪܨܝܗܘܢ. — 25 A ܘܦܪܩܬ. — 26 A ܪܚܡܐ.

55. Miserere, Domine, subiectionis populi tui. Esto, Domine, deprecationi nostrae placabilis, et orationem nostram audi. Sanctuarium nostrum eversum est, et templum nostrum desolatum, sacerdotes absumpti sunt, et caput nostrum coopertum; virgines nostrae humiliatae, foedus nostrum dispersum. Parce, Domine, parce pauperibus, et peregrinis et lassis, qui nec requietem, nec fulcimentum capitis habent. Viae desertae sunt, et semitae dilapsae. Oculi nostri obtenebrati sunt, cor nostrum afflictum est. Exaudi orationem nostram, et supplicationem nostram suscipe. Si inique agendo te exasperavimus, tu propter nomen tuum magnum miserere. Nulla nobis alia fiducia, nec spes ulla, aut requies superest praeter te. *Tui sunt caeli et tua est terra*[1]; *tuus est dies et tua est nox*[2]; solem et lunam tu creasti. Te maria fluctibus suis, quae inter terminos constituisti, collaudant, et praeceptum tuum exsequuntur. Mare circumscribitur arena, et voluntatem tuam adimplet. Te intuentur atque exspectant omnes substantiae; dextera tua cunctas creaturas tuas continet, neque ulla invenitur quae tuae possit contradicere voluntati. Tua sunt luminaria firmamenti; spiritus

ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܥܠ ܫܘܥܒܕܗ ܕܥܡܟ: ܗܘܝ ܡܪܝܐ ܥܠ ܒܥܘܬܢ ܡܬܪܥܝܢܐ ܘܨܠܘܬܢ. ܫܡܥ ܒܝܬ ܡܩܕܫܢ: ܡܚܒܠ ܗܝܟܠܢ ܨܕܐ. ܣܢܝܚܝܢ ܟܗܢܝܢ: ܘܪܫܢ ܡܚܦܝ. ܒܬܘܠܬܢ ܡܡܟܟܢ: ܘܩܝܡܢ ܡܒܕܪ. ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܚܘܣ ܥܠ ܡܣܟܢܐ ܘܐܟܣܢܝܐ ܘܡܠܐܝܐ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܢܝܚܐ ܘܠܝܬ ܡܣܡܟ ܪܫܐ. ܨܕܝ ܐܘܪܚܬܐ: ܘܫܒܝܠܐ ܐܬܪܫܠ. ܚܫܟܝ ܥܝܢܝܢ ܘܠܒܢ ܟܪܐ. ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܢ. ܐܢ ܣܟܠ ܐܟܥܣܢ ܘܡܪܡܪܢܟ: ܐܝܟ ܚܘܣ ܡܛܠ ܫܡܟ ܪܒܐ. ܠܝܬ ܠܢ ܬܘܟܠܢܐ ܐܚܪܢܐ ܘܠܐ ܣܒܪܐ ܘܠܐ ܢܝܚܐ ܠܒܪ ܡܢܟ. ܕܝܠܟ ܐܢܘܢ ܫܡܝܐ ܘܕܝܠܟ ܗܝ ܐܪܥܐ: ܕܝܠܟ ܗܘ ܐܝܡܡܐ ܘܕܝܠܟ ܗܝ ܠܠܝܐ: ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܐܢܬ ܒܪܝܬ ܐܢܘܢ. ܠܟ ܗܘ ܡܫܒܚܝܢ ܝܡܡܐ ܒܓܠܠܝܗܘܢ ܕܣܡܬ ܐܢܘܢ ܬܚܘܡܐ: ܡܫܬܒܚܝܢ ܠܒܢܝ: ܐܡܪܟ ܝܡܐ ܒܚܠܐ ܘܡܫܡܠܐ ܨܒܝܢܟ. ܠܟ ܚܝܪܝܢ ܘܡܣܟܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ. ܝܡܝܢܟ ܐܚܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܟ: ܘܠܝܬ ܡܢ ܕܡܥܟܣ ܠܘܬ ܨܒܝܢܟ. ܕܝܠܟ ܐܢܘܢ ܢܗܝܪܐ

AB] — 2 *B* om. ܥܠ ܒܥܘܬܢ. — 4 A ܣܢܝܚܝܢ ܟܗܢܝܟ. — 18 A ܘܒܠܠܝܐ ܒܐܝܡܡܐ. — 19 A om. ܗܘ. — 20 *B* *dies* ܐܝܡܡܬܐ. — *Ib.* A ܒܓܠܠܝ. — 21 *B* ܒܪܝܬܗܘܢ.

[1] Ps. LXXXIX (LXXXVIII), 12. — [2] *Ib.* LXXIV (LXXIII), 16.

ܘܥܠܥܠܐ: ܪܘܚܐ ܡܬܟܬܫܢܐ ܡܫܒܚܝܢ ܠܫܡܟ. ܠܟ ܚܝܪܢ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ ܘܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܢܘܢܐ ܕܝܡܐ. ܩܘܡ ܠܡܥܕܪܢܘܬܢ ܒܚܝܠܟ ܪܒܐ: ܕܢܕܥܘܢ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܕܥܠ ܐܦܝ ܐܪܥܐ ܕܠܝܬ ܐܝܟܘܬܟ ܘܠܐ ܠܒܪ ܡܢܟ. ܐܡܪ ܥܠܝܟ ܦܪܥܘܢ: ܡܢܘ ܐܠܗܐ. ܘܐܛܒܥܬܝܗܝ ܐܝܟ ܡܩܪܒܬܢܐ ܒܝܡܐ ܕܚܝܠܐ. ܣܢܚܪܝܒ ܚܫܒܟ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܕܥܡܡܐ: ܘܥܒܕܬܝܗܝ ܠܬܗܪܐ ܡܚܘܝܬ ܪܒܘܬܟ. ܠܡܬܬܝܐ ܠܡܛܢܢܐ ܕܛܢ ܠܟ ܚܝܠܬܗ: ܘܠܝܗܘܕܐ ܘܠܫܡܥܘܢ ܘܠܐܚܘܗܝ ܥܢܝܬ ܘܥܕܪܬ ܐܢܘܢ ܒܬܕܡܪܬܐ ܩܪ̈ܒܐ ܕܥܒܕܬ ܒܐܝܕܝܗܘܢ܀

ܢܬܥܝܪܘܢ ܪܚܡܝܟ ܘܢܬܓܠܐ ܚܢܢܟ. ܥܡܟ ܒܙܝܙܐ ܫܒܘܩ ܫܪܟܐ: ܒܝܬܟ ܣܥܘܪܐ ܠܒܝܬܟ ܒܝܘܡܝܢ. ܐܪܝܡ ܪܫܢ ܕܡܟܝܟ ܒܚܘܒܝܢ. ܩܒܠ ܩܘܪܒܢܐ ܕܥܡܟ: ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܨܠܘܬܢ. ܢܬܦܬܚܘܢ ܬܪܥܐ ܐܚܝܕܐ: ܘܢܬܬܩܢܘܢ ܡܕܒܚܐ ܗܦܝܟܐ. ܢܬܟܢܫ ܥܡܟ ܕܒܕܪܐ: ܘܢܚܕܐ ܒܣܘܥܪܢܗ ܕܒܝܬܟ. ܢܩܥܐ ܠܟ ܕܡܐ ܕܙܕܝܩܐ: ܘܢܗܘܐ ܒܗܘܢ ܢܝܚܟ ܐܝܟ ܒܪܝܚܐ ܕܒܣܡܐ. ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܚܘܣ ܥܠ ܫܠܡܘܬܗ ܕܩܝܡܟ ܕܢܦܠ ܒܐܝ̈ܕܝ ܚܛܝܐ ܡܢܝܢ ܥܠ ܐܒܗܝܢ. ܡܛܠ ܐܝܟ ܡܠܟܝܢ

et procellae nomen tuum concelebrant. Ad te respiciunt bestiae agri, volucres caeli et pisces maris. Surge ad adiuvandos nos virtute tua magna, ut sciant omnes gentes quae sunt super terram quia *non est similis tui, et nemo est extra te*[1]. Dicebat de te Pharao : *Quis est Deus*[2]? et eum tanquam bellator in horrendum mare submersisti. Te Sennacherib velut deos gentium existimabat, tuque eum tanquam portentum posuisti, magnitudinem tuam ostendens. Mathathiam zelantem zelum tuum confortasti, et Iudam et Simonem et fratres eius exaudisti et adiuvasti in miris praeliis quae per eorum manus perpetrasti.

56. Evigilent misericordiae tuae, et clementia tua reveletur. Populo tuo qui exspoliatus est posteros relinque; domum tuam diebus nostris restitue. Caput nostrum iniquitate nostra depressum erige, suscipe sacrificium populi nostri, et oratio nostra tibi grata fiat. Aperiantur portae occlusae, altaria subversa reficiantur, populus noster dispersus congregetur, et restituta domo tua gaudeat. Sanguis iustorum clamet ad te, et tua sit in eis requies velut in aromatum suffitu. Parce, Domine, parce integritati foederis tui, quod in potesta-

AB] — 3 *B* ܦܪܚܬܐ. — 7 A ܡܢܘ. — 13 A om. ܐܢܘܢ ܘܥܕܪܬ. — 15 *B* ܘܬܬܓܠܐ. — 21 A ܒܣܘܓܐܗ. — 25 A ܕܩܝܡܟ] ܕܩܝܡܟ.

[1] II Sam. VII, 22. — [2] Ex. V, 2,

tem devenit impiorum, nostra contritione gaudentium. Misericordiam tuam, o Rex noster, assuevisti ostendere; nos vero gratiam tuam iugiter implorare solemus. Bonitate tua confisi, te rogamus; gratia tua ne peccatoribus quidem denegatur. Solem tuum super bonos et malos oriri facis; pluviam tuam super iustos et impios demittis[1]; novimus enim te oppressos constanter audire consuevisse. Variis namque temporibus conclusos exaudivisti, vexatis opem tulisti, debiles roborasti, humiles erexisti, afflictos liberasti, spoliatos eripuisti, vinctosque solvisti, contenebratos illuminasti, satiasti esurientes, et pauperes locupletasti in singulis generationibus. Haec scimus te servis tuis praestitisse. Tu ipse nos edocuisti : *Ego sum primus, et ego sum novissimus*[2]. Tu priorum et novissimorum Deus; utrumque saeculum tuum est, quodcumque fuit aut futurum est.

57. Ad quem ibimus a quo exaudiamur? ad quem respiciemus qui nos adiuvet? aut quem exspectabimus a quo servemur? quem deprecabimur qui orationem nostram suscipiat? Tui sumus nos, tu autem es Deus noster. Absit a te ut sanguis iustorum inique effusus

ܠܡܚܝܟܘܬܗ ܚܢܦܐ: ܘܡܬܚܕܝܢ ܚܕܝܢ ܒܬܒܪܢ ܠܡܬܚܢܢܘ ܡܢ ܪܚܡܝܟ. ܥܡܝܕ ܐܢܬ ܡܠܟܢ ܠܡܚܘܝܘ ܘܕܥܡܝܕܝܢܢ: ܠܡܒܥܐ ܐܦ ܡܢ ܛܝܒܘܬܟ ܠܐ ܦܣܩܝܢ ܬܡܝܡ ܡܬܒܥܐ ܐܢܬ ܥܠ ܛܝܒܘܬܟ ܡܢܥܠ ܚܛܝܐ: ܘܫܡܫܟ ܐܢܬ ܡܕܢܚ ܥܠ ܛܒܐ ܘܥܠ ܒܝܫܐ: ܡܛܪܟ ܕܡܚܬܝܬ ܙܕܝܩܐ ܕܝܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬ ܠܡܫܡܥܘ ܠܐܠܝܨܐ. ܒܙܒܢ ܙܒܢ ܓܝܪ ܥܢܝܬ ܠܚܒܝܫܐ: ܥܕܪܬ ܠܡܬܪܕܦܐ: ܚܝܠܬ ܠܡܚܝܠܐ: ܘܐܪܝܡܬ ܠܡܟܝܟܐ: ܦܪܩܬ ܠܡܬܐܠܨܐ: ܘܦܨܝܬ ܠܒܙܝܙܐ: ܘܫܪܝܬ ܠܐܣܝܪܐ: ܘܐܢܗܪܬ ܠܚܫܘܟܐ: ܘܣܒܥܬ ܠܟܦܢܐ: ܘܐܥܬܪܬ ܠܡܣܟܢܐ ܒܟܠ ܕܪ ܘܕܪ: ܗܠܝܢ ܝܕܥܝܢ ܕܥܒܕܬ ܠܥܒܕܝܟ. ܐܢܬ ܗܘ ܕܐܘܕܥܬܢ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܢܐ ܐܢܐ ܐܚܪܝܐ. ܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܩܕܡܝܐ ܘܕܐܚܪܝܐ: ܕܝܠܟ ܐܢܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܥܠܡܐ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܘܕܥܬܝܕ܀

ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܘܢܫܬܡܥ: ܠܡܢ ܢܚܘܪ ܕܢܥܕܪܢ: ܠܡܢ ܢܣܟܐ ܘܢܬܦܨܐ: ܠܡܢ ܢܒܥܐ ܕܢܩܒܠ ܒܥܘܬܢ: ܕܝܠܟ ܚܢܢ ܘܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܢ. ܚܣ ܠܟ ܕܢܬܐܫܕ ܕܡܐ ܕܙܕܝܩܐ ܕܐܬܐܫܕ ܒܥܘܠܐ: ܐܠܐ ܬܬܒܥܝܗ

AB] — 1 A ܘܡܬܚܕܝܢ ܚܕܝܢ om. ܒܬܒܪܢ ... — 8 A ܥܠ ܙܕܝܩܐ om. ܥܠ ܥܘܠܐ. — 9 A add. ܕܝܢ ܘܕܝܢ [ܝܕܥܝܢ — 10 B ܘܥܢܝܬ [ܠܡܪܕܦܐ. — 12 B ܡܬܐܠܨܐ. — *Ib.* A ܠܡܬܪܕܦܐ [ܠܡܬܐܠܨܐ. — 14 A ܘܣܒܥܬ. — *Ib.* A ܟܦܢܐ. — 15 A ܡܣܟܢܐ. — 16 A ܝܕܥܝܢ. — 19 A om. ܐܢܘܢ. — 20 B ܕܗܘܐ. — 22 A ܠܡܢ ܢܚܘܪ ܕܢܥܕܪܢ. ܠܡܢ ܢܣܟܐ ܘܢܬܦܨܐ. — 23 A *sanguis innocens* ܕܡܐ ܙܟܝܐ.

[1] Matth. v, 45. — [2] Is. XLIV, 6; XLVIII, 12.

ܐܠܐ ܟܐܦܐ ܫܥܝܥܬܐ ܕܬܬܣܝܡ ܒܗ ܚܡܬܐ ܠܡܦܪܥܢܘܬܐ. ܚܣ ܠܟ ܕܢܬܟܠܘܢ ܪܚܡܝܟ ܒܪܘܓܙܟ: ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܐ ܒܝܫܘܬܢ ܠܛܝܒܘܬܟ ܠܡܙܟܝܘ: ܘܠܐ ܚܛܝܬܢ ܠܛܝܒܘܬܐ ܠܡܟܠܐ ܠܗ. ܠܐ ܡܛܠܬܢ ܟܝܢܟ ܠܡܬܚܒܠܘ. ܛܒܐ ܡܬܩܪܝܬ: ܚܘܝ ܛܝܒܘܬܟ. ܛܝܒܘܬܟ ܒܢ ܘܟܐܢܘܬܟ ܠܘܩܒܠܢ: ܬܪܬܝܗܝܢ ܓܝܪ ܠܘܬܟ ܡܫܬܟܚܢ ܘܒܐܝܕܝܟ ܐܚܝܕܢ܀

ܣܓܕܝܢܢ ܠܟ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܥܒܝܕ ܕܒܪܝܬܢ ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ ܘܨܒܬܢ ܒܕܡܘܬܐ ܕܨܠܡܟ ܘܢܦܚܬ ܒܢ ܡܢ ܪܘܚܟ ܕܚܝܐ: ܘܫܒܩܬܢ ܒܗ ܒܥܠܡܐ ܠܥܡܪܐ ܩܕܡܝܟ: ܒܐܝܕܝܟ ܗܘ ܡܘܬܢ ܘܚܝܝܢ. ܡܢܘ ܐܢܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܩܕܡܝܟ. ܐܝܟ ܠܗܓܐ ܕܣܠܩ ܡܢ ܩܕܪܐ: ܘܐܝܟ ܚܨܕܐ ܕܫܩܠܐ ܠܥܠܥܠܐ: ܘܐܝܟ ܛܠܠܐ ܕܪܡܫܐ: ܘܐܝܟ ܥܢܢܐ ܕܨܦܪܐ: ܘܐܝܟ ܚܨܕܐ ܕܥܒܪ: ܘܐܝܟ ܗܒܒܐ ܕܚܡܐ. ܐܢ ܨܒܝܬ ܐܝܬܝܢ: ܘܐܠܐ ܨܒܝܬ ܠܐ ܐܝܬܝܢ. ܐܢ ܚܐܪ ܒܐܪܥܐ ܙܝܥܐ: ܘܐܢ ܡܗܦܟ ܐܢܬ ܦܢܝܟ ܥܡܘܪܝܗ. ܨܒܝܢܟ ܡܣܝܒܪ ܠܟܠ ܒܪܝܬܟ: ܘܦܘܩܕܢܟ ܡܦܪܢܣ ܠܟܠܗܘܢ ܟܝܢܐ. ܕܢܚ ܫܡܫܐ ܒܡܠܬܟ ܘܡܬܟܪܟ ܒܨܒܝܢܟ ܠܟܠܗ ܒܪܝܬܟ.

contegatur; sed magis lapidi laevigato imponatur, ut per eum ira suscitetur in retributionem. Absit a te ut misericordiae tuae per iram tuam cohibeantur; nunquam enim poterit benignitatem tuam nostra malitia superare, nec tuam gratiam iniquitas nostra continere, nec nostri causa natura tua vitiari. Bonus nuncuparis; bonitatem tuam ostende. Bonitas tua in nobis, et iustitia tua nobis obvia est; utraque enim apud te invenitur et in manibus tuis continetur.

58. Te adoramus, [Deus] increate, qui nos e nihilo creasti, atque ad imaginem et similitudinem tuam finxisti. De tuo spiritu vitae nobis insufflasti, nosque ante conspectum tuum habitantes in mundo reliquisti. Vita nostra et mors in manibus tuis sunt. Quid sunt homines coram te? sicut vapor qui de olla ascendit, aut stipula quam aufert procella, sicut umbra vespertina, aut nebula matutina; sicut stipula praeteriens, sicut flos marcescens. Si velis sumus, et nisi velis non sumus. Si terram respicias, contremiscit, et si faciem avertis, habitatores eius dispereunt[1]. Voluntas tua creaturas universas sustinet, et quaecumque exsistunt, imperio tuo curantur. Verbo tuo sol oritur, et omnem, te volente, circum-

AB] — 3 A add. ܚܣ ܠܟ [ܒܪܘܓܙܟ. — 4 A om. ܒܝܫܘܬܢ. — 6 A *mutari* ܠܡܫܬܚܠܦܘ — 8 A add. ܒܢ [ܛܝܒܘܬܟ primo. — 9 A ܘܟܐܢܘܬܟ. — 13 AB om. ܒܢ. Ego conieci. — 17 A om. ܕܣܠܩ ܡܢ ܩܕܪܐ. — 24 A ܠܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܟ. — *Ib.* B ܦܘܩܕܢܟ.

[1] Ps. CIV (CIII), 32, 29.

lustrat creaturam. Luna mirabili modo variat, quam ad discrimen temporum posuisti. Luminaria in firmamento ordinasti, et totum mundum exornant. Ad nutum tuum flant venti, et vehementiam suam interdum manifestant; mare conturbant, montesque commovent; sed imperio tuo creata omnia reficiunt. Aves per auras volant, et per aerias semitas, tanquam per viam tritam feruntur; similiter autem pisces in mari. Si vero pisces in aerem ascendant, emoriuntur, et volucris in mare delapsa suffocatur. Quaecumque fuerunt vel erunt tua sunt, atque a te singulae res discernuntur.

59. Te laudamus, qui gloria circumdaris. Te confitemur qui [confessionem] minime requiris. Te ex infimis abyssis extollimus, cuius sedes in caelis caelorum est constituta. Voluntas tua super caelum [residet], et imperium tuum infra terram [exercetur]. Opus manuum nostrarum non es, neque ut te fingerent digiti nostri laboraverunt. Te in corde nostro formavimus, et imaginem tuam in mentibus nostris expressimus. Nostra te cogitatio contemplatur. Te Deum appellavimus; te Patrem nominavimus, quoniam tu nos genuisti; Regem et

ܡܫܬܚܠܦ ܣܗܪܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ: ܘܣܡܬܝܗܝ ܠܫܘܚܠܦܐ ܕܙܒܢܐ: ܢܗܝܪ̈ܐ ܢܨܒܬ ܒܪܩܝܥܐ: ܘܡܨܒܬܝܢ ܠܟܠܗ ܬܒܝܠ. ܢܫܒܢ ܪ̈ܘܚܐ ܒܪܡܙܟ ܘܒܙܒܢ ܙܒܢ ܚܝܠܗܝܢ ܡܚܘܝܢ: ܡܫܓܫܢ ܝܡܐ ܘܡܙܝܥܢ ܛܘܪ̈ܐ: ܘܠܘܬ ܒܦܘܩܕܢܟ ܡܬܦܝܣܝܢ ܒܪ̈ܝܬܟ. ܦܪܚܬܐ ܦܪܚܐ ܒܐܐܪ ܘܕܪ̈ܒܐ ܒܫܒܝ̈ܠܝܗ ܐܝܟ ܐܘܪܚܐ ܕܕܫܝܫܐ: ܘܐܦ ܒܕܡܘܬܗ ܢܘܢ̈ܐ ܕܝܡܐ. ܢܘܢ̈ܐ ܕܝܢ ܢܣܩܘܢ ܠܐܐܪ ܡܝܬܝܢ: ܘܦܪܚܬܐ ܕܝܢ ܐܢ ܬܦܠ ܒܝܡܐ ܡܬܚܢܩܐ. ܕܝܠܟ ܗܘ ܕܗܘܐ ܘܗܘܐ: ܘܡܢܟ ܐܬܦܪܫܘ ܟܠܗܘܢ ܟܝܢ̈ܐ:

ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟ ܕܥܛܝܦ ܫܘܒܚܐ ܠܒܝܫܬ. ܡܘܕܝܢܢ ܠܟ ܕܠܐ ܣܢܝܩ ܐܢܬ. ܡܪܝܡܝܢܢ ܠܟ ܡܢ ܬܗܘܡ̈ܐ ܬܚܬܝ̈ܐ: ܘܕܝܠܟ ܡܬܬܩܢ ܒܫܡܝ̈ ܫܡܝܐ. ܨܒܝܢܟ ܠܥܠ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܘܫܘܠܛܢܟ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܠܐ ܥܒܝܕ ܐܝ̈ܕܝܢ ܘܠܐ ܠܥܘ ܒܟ ܨ̈ܒܥܬܢ: ܨܝܪܝܢ ܠܟ ܒܠܒܢ ܘܪܫܡܢܝܗ ܒܗܘܢܢ: ܚܙܬܟ ܡܣܟܠܬܢ: ܘܩܪܝܢܟ ܐܠܗܐ: ܘܟܢܝܢܟ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܕܐܝܠܕܬܢ: ܘܡܠܟܐ ܘܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܕܐܝܬ ܡܪܢ. ܘܩܪܝܢܟ ܘܠܐ ܐܬܟܢܝ: ܘܫܡܗܝܢܟ ܡܠܟܐ ܠܟ ܕܡܠܟܐ.

AB] — 1 A ܡܫܬܚܠܦ [ܡܫܬܚܠܦ. — 2 A ܠܫܘܚܠܦܝܗܘܢ. — *Ib.* A ܘܢܗܝܪܐ. — 4 A ܒܪܡܙܟ. — 6 *B* ܛܘܪܐ. — 7 A ܠܒܪܝܬܟ. — 8 *B* ܒܐܐܪ. — 10 A ܘܐܦ ܒܕܡܘܬܗܘܢ ܐܦ ܢܘܢ̈ܐ ܕܝܡܐ. — 11 A ܦܪܚܬܐ. — 15 A ܡܫܒܚܝܢ ܚܢܢ. — 17 *B* ܡܪܡܪܡܝܢ. — *Ib.* A ܡܪܡܪܡܝܢ [ܚܢܢ]. — 19 *B* ܘܫܘܠܛܢܟ. — 20 AB ܒܟܝܢ. — 25 A add. ܗܘ [ܐܝܬ. — *Ib.* A ܒܪܢ. — 26 A ܘܫܡܗܝܢܟ.

ܫܪܝܪ ܩܪܝܬܢ: ܟܕ ܨܒܝܢ ܚܢܢ. ܘܠܡܕܪܟܘܬܟ ܚܣܝܪܐ: ܡܛܠ ܠܐܠܗܐ ܕܢܫܬܘܐ. ܡܕܡܐ ܫܟܝܚܐ ܡܕܡܝܢ ܠܡܕܡܘܬܟ: ܠܚܙܘܐ ܕܡܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܒܡܬܚܙܝܢܘܬܐ ܘܚܝܠܟ ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܐ. ܐܪܒܐ ܐܪܒܐ ܡܛܫܝܐ ܪܒܘܬܐ: ܘܡܢܟ ܬܠܝܐ ܒܪܝܬܐ ܒܡܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܚܘܦܢܟ. ܐܚܝܕܬ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܕܐܪܥܐ ܒܡܣܐܬܐ ܬܩܠܬ: ܘܠܐ ܡܫܬܡܫܢ ܠܟ. ܡܢ ܐܪܥ ܦܬܝܐ ܘܪܘܝܚܐ ܡܫܘܚܬܗ: ܐܪܥܐ ܕܪܓܠܝܟ ܡܣܦܩ ܟܘܒܫܝ: ܥܦܪܐ ܠܟ ܒܦܘܫܟ: ܡܫܡܫܐ ܟܘܪܣܝܟ. ܫܡܝܐ ܐܝܬ ܕܡܣܝܒܪܝܢ: ܘܠܐ ܡܨܝܢ ܠܟ ܠܡܛܥܢ. ܘܪܒܐ ܫܡܟ ܘܥܒܕܝܟ ܡܫܒܚܝܢ: ܘܡܛܠ ܕܒܥܝܢ ܡܫܘܚܬܐ ܕܠܫܢܢ: ܘܐܙܥܪܬܝܗ ܠܪܒܘܬܟ: ܦܘܡܢ ܠܟ ܡܩܒܠ ܘܒܢ ܫܪܝܬ: ܒܟܐܢܐ ܐܝܬܝܟ ܘܐܬܪܐ ܪܘܝܚܐ ܠܟ. ܪܒܘܬܟ ܥܠܬ ܒܠܒܐ ܙܥܘܪܐ: ܘܥܒܕܬܢ ܒܝܬ ܡܥܡܪܐ ܠܫܘܒܚܟ. ܗܝܟܠܐ ܩܪܝܬܢ: ܪܒܘܬܟ ܗܠܟܬ ܒܝܢܬܢ: ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܒܦܘܡ ܢܒܝܐ ܕܝܠܟ: ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ. ܒܢܝܚܐ ܥܡܪ ܐܢܬ: ܘܒܡܟܝܟܐ ܫܪܐ ܐܢܬ: ܒܫܦܝܐ ܘܬܪܝܨܐ ܢܐܚ ܐܢܬ: ܒܬܝܒܐ ܚܕܐ ܐܢܬ. ܙܕܝܩܐ ܚܙܐ ܐܢܬ: ܒܡܣܟܢܐ ܪܘܙ ܐܢܬ: ܘܡܢ ܣܢܝܩܐ ܐܝܟ ܕܡܬܒܥܐ ܐܢܬ ܡܫܐܠ. ܠܐ ܟܐܢܝܢ ܠܟ ܟܠ ܡܫܒܚܝܢ: ܠܐ ܡܣܦܩܝܢ ܠܟ ܟܠ ܠܡܫܒܚܘ. ܒܪ ܡܢ ܕܡܫܬܐܠ ܐܝܟ ܡܣܟܢܐ ܠܐ ܐܬܦܪܥ ܠܗ: ܘܥܡ ܕܡܫܬܐܠ ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ. ܐܘ ܢܗܘܐ ܐܪܚܡܘܬܗ ܠܟܠ

Deum quia tu nos vocasti. Te volentes comprehendere impares invenimur; te alicui conferre, similitudinem non deprehendimus. Non cerneris aspectu, virtus tua tamen est immensa. Maiestas tua abscondita est; a te autem creatura pendet. Aquas multas pugillo contines; montes excelsos lance ponderas, collesque statera[1]. Terrae latae, patentis, spatiosaeque mensura sufficit pedum tuorum scabello[2]; pulverem terrae pugno metiris. Caelum thronus tuus est, te autem non valet sustinere. Licet magnum sit nomen tuum, et opera tua praeclara, maiestatem tuam ad modulum linguae nostrae imminuisti; os nostrum te complectitur, et in nobis habitasti. In iustis commoraris, et amplus tibi locus est. Maiestas tua in cor exiguum penetrat, et domos nos effecisti habitationis gloriae tuae. Templa tua nos vocasti; maiestas tua inter nos ambulavit, quemadmodum per os prophetarum tuorum nobis praenuntiasti: *Habitabo in eis et inambulabo inter illos*[3]. In quietis [viris] commoraris, et in humilibus inhabitas; apud placidos et rectos homines requiescis, in paenitentibus delectaris, iustos intueris, in pauperibus exsultas, et ab egenis ceu indigens ipse mutuum accipis. Misericordiae

AB] — 2 A ܒܙܡܪܝ. — *Ib.* A ܘܡܙܡܪܐ. — 3 A ܐܬܕܠܠܬ. — 4 *B* ܒܡܬܚܘܬܐ. — 8 A ܡܫܡܫܝܢ. — 11 A ܒܙܪܥܬ ܒܪܘܚܬܝܟ. — 14 *B* ܘܫܡܗܝ. — 15 A ܐܘܪܚܟ. — *Ib.* A ܕܛܒܐ. — 23 A om. ܟܠ.

[1] Is. XL, 12. — [2] *Ib.* LXVI, 1. — [3] Lev. XXVI, 12. II Cor. VI, 16.

tuae non est finis, et benignitas tua est immensa. Ora omnia tibi non sufficiunt, nec satis possunt tibi linguae cunctae. Dum vult homo te apprehendere, mora impeditur; et cum ingenium latius explicat, te non consequitur. Cum mentem supra caelos erigit, humi ambulans iterum invenitur; et si in profundum cogitatio eius descendat, mox in terram suam reducitur, et commentatio eius evanescit. Quod supra caelum est, quis intelliget? Quod terrae subiectum est, nemo dicere poterit. Super quod extensum est firmamentum, aut e quo caeli suspenduntur? quo continetur terra? et super quod firmantur abyssi?

ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܫܬܦܥ ܠܗ ܡܘܗܒܬܟ ܟܠ ܐܪܥܐ: ܘܐܦ ܠܣܦܐ ܠܡܫܬܥܝܘ ܬܫܒܘܚܬܗ ܒܪܢܫܐ ܕܒܥܐ ܗܘܐ ܠܐܕܪܟܘܬܗ ܡܬܥܟܒܐ ܡܪܥܝܢܘܬܗ. ܟܕ ܟܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܡܬܚܐ ܐܢܬ ܡܢ ܡܕܥܐ: ܠܐ ܡܛܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܡܬܚܐ ܗܘܝܬ ܠܟ ܠܡܬܐܡܪ. ܘܡܢܟܐ ܒܥܘܡܩܐ ܡܬܚܝܬ: ܐܘ ܫܡܝܐ ܒܥܘܡܩܐ ܠܥܠ: ܐܪܥܐ ܟܠ ܥܘܡܩܐ ܒܬܚܬܝܐ: ܐܘ ܠܬܚܬ ܒܥܘܡܩܐ ܡܢܘ:

60. Nos vero ab Adam adhuc usque, pauca didicimus. Id tantummodo novimus: Unus Deus est, unus Christus eius, unus Spiritus, una fides, unum baptisma[1]; plura autem dicere non expedit nobis; quod si adhuc loqui voluerimus, deficiemus, et si scrutati erimus, damnum patiemur. Multi in via erraverunt, et decepti iter offendiculi ingressi sunt. Verba exitiabilia cogitatione effinxerunt, vaticinati sunt mendacium, et Deum dereliquerunt. Cumque vellent intelligere, facti sunt insipientes, mente obtenebrati, in caligine palpantes.

ܚܢܢ ܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܩܠܝܠ. ܝܠܦܢ ܗܕܐ ܝܕܥܝܢ: ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܘܚܕ ܡܫܝܚܗ ܚܕܐ ܪܘܚܐ ܚܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܚܕܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ. ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܡܥܕܪܐ ܠܢ ܕܢܡܠܠ: ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܢܚܣܪ: ܘܐܢ ܢܒܥܐ ܢܬܚܝܒ. ܣܓܝܐܐ ܕܛܥܘ ܒܐܘܪܚܐ ܘܛܥܝܘ ܗܠܟܘ ܗܘܘ ܒܬܘܩܠܬܐ ܐܘܪܚܐ ܕܡܚܒܠܢܘܬܐ. ܒܠܒܗܘܢ ܘܐܬܚܫܒܘ ܡܠܐ ܕܚܒܠܐ: ܐܬܢܒܝܘ ܕܓܠܘܬܐ ܘܫܒܩܘ ܠܐܠܗܐ. ܘܒܥܘ ܕܢܣܬܟܠܘܢ: ܗܘܘ ܠܐ ܦܩܚܐ: ܫܡܝܟܝ ܡܕܥܐ: ܡܓܫܫܝ ܒܚܫܘܟܐ܀

61. O homo, terrene pulvis, qui cogitationes ad perniciem deducentes moliris! mens tua deos alienos creavit; in-

ܐܘ ܒܪ ܐܢܫ ܥܦܪܐ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܕܩܐܡ ܒܡܚܫܒܬܐ ܕܡܒܪܝܢ ܠܐܒܕܢܐ: ܐܡܠܟܬ ܪܥܝܢܟ ܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܥܒܕ

AB] 1 B om. ܠܗ. — 2 B ܠܐ. — Ib. A ܠܡܫܬܥܝܘ ܬܫܒܘܚܬܟ. — 11 A add. ܗܘ [ܕܚܕ. — 15 A ܠܐ [ܘܠܐ primo. — 17 A ܘܡܛܥܝܢܐ om. ܗܠܟܘ. — Ib. A ܒܐܘܪܚܐ. — 18 A ܘܒܠܒܗ. — 20 B ܐܝܟ ܕܒܥܘ. — 24 A ܗܘܘ ܐܠܗܐ.

[1] Cf. Ephes. IV, 4-6.

ܡܣܟܠܘܬܟ ܥܒܕ ܕܠܐ ܚܙܐ ܠܗ. ܠܥܠ ܠܐ ܣܠܩܬ: ܒܐܪܥܐ ܐܬܚܒܫܬ ܐܦ ܠܥܘܡܩܐ ܠܐ ܢܚܬܬ ܕܬܕܥ ܕܬܡܢ. ܕܡܝܬ ܘܡܠܠܬ ܕܠܐ ܚܙܝܬܝܗܝܢ. ܗܘܝܬ ܠܟ ܕܓܠܐ ܡܡܠܠܬ ܣܪܝܩܬܐ ܘܕܓܠܬܐ. ܐܫܐܠܟ ܐܢܐ ܠܟ: ܫܡܫܐ ܕܚܙܝܬܝܗܝ ܒܥܝܢܐ ܗܘ ܡܢ ܩܢܘܡܗ· ܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫܐ· ܐܝܬ ܠܗ ܡܕܥܐ· ܐܘ ܐܝܬ ܠܗ ܦܘܪܫܢܐ· ܐܢ ܡܗܝܡܢ ܒܡܕܡ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ ܡܚܘܝܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܘܡܝܐ ܕܠܐ ܪܓܫܝܢ ܘܠܐ ܦܪܫܝܢ. ܟܠ ܕܪܡܝܢ ܠܢܘܪܐ ܠܐ ܡܣܠܝܐ: ܘܠܐ ܡܬܟܪܝܐ ܡܢ ܕܒܝܫ ܘܣܢܐ: ܠܐ ܡܦܪܫܐ ܠܗ ܫܦܝܪܐ: ܘܠܐ ܡܬܒܥܝܐ ܠܗ ܦܘܪܫܢܐ. ܘܐܦ ܡܝܐ ܒܪܝܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܒܪܝܬܐ ܐܝܟ ܗܝ ܕܠܐ ܡܦܪܫܢܐ. ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܘܟܘܟܒܐ ܘܪܘܚܐ ܘܒܪܩܐ ܘܥܢܢܐ ܘܢܘܪܐ ܘܡܝܐ: ܟܠܗܝܢ ܐܢܝܢ ܒܪܝܬܐ ܕܡܪܕܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗܝܢ: ܠܬܫܡܫܬܗ ܕܥܠܡܐ ܒܪܝܢ ܡܢ ܠܘܩܕܡ. ܟܕ ܡܪܕܝܢ ܠܐ ܐܝܬ ܒܗܝܢ ܦܘܪܫܢܐ. ܐܟܠܐ ܢܘܪܐ ܙܒܠܐ ܘܣܪܝܘܬܐ: ܘܠܐ ܐܡܪܐ ܣܦܩ: ܕܗܟܢܐ ܟܝܢܗ. ܘܕܢܚ ܫܡܫܐ ܥܠ ܦܓܪܐ ܘܥܠ ܣܝܢܐ: ܘܪܬܚ ܒܚܝܠܗ ܘܠܝܬ ܦܘܪܫܢܐ. ܡܪܚܥܝܢ ܡܝܐ ܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ ܘܡܬܚܠܛܝܢ ܥܡ ܛܝܢܐ: ܘܠܝܬ ܒܗܘܢ ܪܓܫܬܐ ܕܢܦܫܐ. ܘܐܦ ܟܠܗܘܢ

genium tuum res fabricavit quas non vidit unquam. Sursum non ascendisti; in terra concluderis, nec profundum penetrasti, ut quae illic sunt cognosceres. Similitudines instituis, et quae nunquam vidisti loqueris. Mendax effectus es; vana et falsa profers. Te autem interrogo; tu mihi responde : Sol quem oculis cernis, quid in se ipso est? num habet animam, intellectumve aut sensum? Si iis quae tibi dico fidem volueris addere, rem ita se habere [ostendam] : Sol et luna, quemadmodum ignis et aqua, nec sensu nec ratione praediti sunt. Ignis quidquid ei obieceris non respuet; a deterrimis pessimisque non abhorrebit; meliora nescit, contemnenda non discernit. Similiter autem est aqua creatura irrationalis. Sol et luna, et stellae, et venti, et fulgura, et nubes, et ignis, et aqua, omnia sunt creaturae, destinatum cursum peragentes. In mundi ministerium factae sunt a principio. Dum autem suum iter exsequuntur, nil diiudicant. Ignis fimum et putredinem absumit, neque unquam ait : Satis est; talis enim eius est natura. Sol etiam cadaveribus et luto illucet, et fervescit vehementer absque discretione. Unda quaslibet immunditias proluit, et caeni foeditati commiscetur, nec sensu mentis

AB] — 1 A ܠܗ. — 8 A om. ܐܘ. — 10 *B* om. ܘܣܗܪܐ. — 11 A ܠܐ ܐܦ ܠܐ. — 14 A ܡܬܒܥܝܐ. — *Ib*. A ܐܦ. — 24 A ܘܣܝܢܐ om. ܘܥܠ. — 26 *B* ܙܠܘܬܐ [....] ܘܡܬܚܠܛܝܢ.

praedita est. Hi omnes sunt caeli et terrae ministri, in mundi servitium effecti, quamvis anima careant. Terram etiam, quae manet immota, [Deus] quando vult concutit a fundamentis. Scito igitur, o insipiens homo! Dei voluntate omnia sustineri, et nihil absque eius imperio fieri. Nos vero qui cognovimus unum Deum esse, maiestatem eius debemus confiteri, adorare, laudare, exaltare, glorificare, sanctificare, celebrare per Iesum, eius Filium, Salvatorem nostrum, qui sibi nos elegit, atque ad se vocavit, per quem cognovimus illum, et facti sumus illius adoratores, populus et ecclesia et congregatio sancta. Gloria et honor sit Patri et eius Filio, eiusque Spiritui vivo et sancto, ab ore omnium qui ipsum laudant sursum et infra, in saecula saeculorum. Amen, amen.

62. Principium omnium bonorum operum illud est, quod requiritur ante Deum : ut credat homo unum Deum esse, et fidei coniungat mandatorum observantiam. Nam si quis unum Deum confiteatur, mandata autem transgrediatur et non custodiat, viro huiusmodi non est verum unum Deum esse[1], quemadmodum ait Doctor Gentium : *Confitentur se nosse Deum; factis autem ne-*

ܟܝ̈ܢܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܠܬܫܡܫܬܗ ܗܘܘ ܕܥܠܡܐ ܕܥܒܝܕܝܢ ܕܠܐ ܢܦܫܐ. ܐܦ ܐܪܥܐ ܕܩܝܡܐ ܫܠܝܐܝܬ: ܟܕ ܨܒܐ ܡܙܝܥ ܠܗ ܡܢ ܫܬܐܣܝܗ. ܗܟܝܠ ܕܥ ܟܢ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܣܬܟܠ: ܕܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܣܝܒܠ ܠܟܠ ܡܕܡ: ܘܡܕܡ ܡܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܪܡܙܗ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܕܝܕܥܢ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ: ܢܘܕܐ ܘܢܣܓܘܕ ܘܢܫܒܚ ܘܢܪܘܡܡ ܘܢܗܕܪ ܘܢܩܕܫ ܘܢܫܒܚܝܘܗܝ ܠܪܒܘܬܗ: ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܦܪܘܩܢ ܕܓܒܢ ܠܗ ܘܩܪܒܢ ܠܘܬܗ: ܕܒܗ ܝܕܥܢܝܗܝ ܘܗܘܝܢ ܠܗ ܣܓܘܕܐ ܘܥܡܐ ܘܥܕܬܐ ܘܟܢܘܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܗ ܘܠܪܘܚܗ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܫܒܚܢܝܗܝ ܕܠܥܠ ܘܕܠܬܚܬ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܘܐܡܝܢ ܀

ܪܝܫ ܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ ܗܢܘ ܡܬܒܥܝܢܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܕܢܗܝܡܢ ܐܢܫ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ: ܘܢܚܘܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܡܛܪ ܦܘܩܕܢܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܘܕܐ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܘܠܐ ܢܛܪ ܠܗܘܢ: ܠܐ ܫܪܝܪ ܠܗ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܠܦܢܐ ܕܥܡ̈ܡܐ: ܕܡܘܕܝܢ ܕܝܕܥܝܢ ܠܐܠܗܐ: ܐܠܐ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܟܦܪܝܢ ܒܗ. ܐܦ ܐܚܪܢܐ ܐܡܪ: ܕܒܥܝܐ

AB] — 1 A om. ܗܘ. — 4 B ܠܗ. — 7 A om. ܕܝܢ. — 9 A ܘܢܪܘܡܡ ܘܢܗܕܪ. — 10 A ܘܢܫܒܚ. — 11 A ܩܪܒܢ ܠܘܬܗ. — Ib. A ܠܗ. — 15 A ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ. — 17 A om. ܘܐܡܝܢ.

[1] I Ioh. II, 4.

ܗܢܐ ܒܣܦܘܬܗ ܗܘ ܡܝܩܪ ܠܝ: ܘܠܒܗ ܪܚܝܩ ܡܢܝ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܒܦܘܡܗܘܢ ܡܒܪܟܝܢ: ܘܒܠܒܗܘܢ ܠܝܛܝܢ. ܘܐܝܟܢܐ ܡܘܕܝܢ ܕܝܕܥܝܢ ܠܐܠܗܐ ܘܒܥܒܕܝܗܘܢ ܟܦܪܝܢ ܒܗ. ܐܢ ܢܗܝܡܢ ܐܢܫ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܗܝܡܢ ܘܦܘܩܕܢ ܐܠܗܐ ܠܐ ܥܒܕ: ܠܐ ܫܪܝܪ ܠܗ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ. ܦܩܕ ܐܠܗܐ: ܕܛܪܘ ܦܘܩܕܢܝ ܘܥܒܕܘ ܐܢܘܢ. ܘܡܢ ܕܠܐ ܢܛܪ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܗܝ ܕܟܦܪ ܒܐܠܗܐ ܦܩܕ: ܡܩܛܠ ܕܠܐ ܫܪܝܪ ܠܗ ܡܘܗܒܗ ܕܦܘܩܕܢܐ. ܐܡܪ ܐܠܗܐ: ܕܠܐ ܬܩܛܘܠ: ܘܠܐ ܬܓܘܪ: ܘܠܐ ܬܓܢܘܒ: ܘܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܫܘܩܪܐ. ܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ: ܘܡܕܡ ܕܣܢܐ ܗܘ ܠܟ ܠܚܒܪܟ ܠܐ ܬܥܒܕ. ܡܢ ܓܝܪ ܕܡܗܝܡܢ ܕܐܠܗܐ ܕܐܢ ܠܩܛܘܠܐ ܠܐ ܩܛܠ: ܘܡܢ ܕܩܛܠ ܠܐ ܫܪܝܪܐ ܠܗ ܕܐܝܬ ܐܠܗܐ. ܘܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܕܐܠܗܐ ܕܐܢ ܠܓܝܘܪܐ ܠܐ ܓܐܪ: ܘܡܢ ܕܓܐܪ ܠܐ ܫܪܝܪܐ ܠܗ ܕܐܝܬ ܐܠܗܐ. ܘܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܕܐܠܗܐ ܕܐܢ ܠܓܢܒܐ ܠܐ ܓܢܒ: ܐܘ ܓܢܒ ܠܐ ܫܪܝܪܐ ܠܗ ܕܐܝܬ ܐܠܗܐ. ܘܐܦ ܟܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ܀

ܝܬܝܪܐܝܬ ܦܩܕ ܡܚܝܢܢ: ܕܠܐ ܬܐܡܐ ܡܘܡܬܐ ܫܘܩܪܐ: ܘܡܢ ܕܢܐܡܐ ܢܬܬܒܥ ܒܕܝܢܐ. ܡܢ ܕܫܪܝܪ ܠܗ

gant[1]. Isaias similiter dicit : *Populus iste labiis suis me glorificat; cor autem eius longe est a me*[2]. David quoque ait : *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant*[3]. Quomodo vero confitentur se nosse Deum, factis autem negant? Si crediderit homo unum esse Deum, praecepta autem eius non adimpleverit, isti non verum est Deum unum esse. Etenim mandavit Deus : *Praecepta mea servate, et adimplete ea*[4]. Si quis igitur Dei praecepta non servaverit, haud dubium est quin Deum abneget; ipsi enim Deus, qui praecepta dedit, non verus est. Ait enim Deus : *Non occides, non moechaberis, non furtum facies. Falsum testimonium non dices. Honora patrem tuum et matrem tuam*[5]. *Quod tibi importunum est, socio tuo ne feceris*[6]. Ille enim qui credit Deum homicidas iudicaturum esse, non occidit; et si occidit, non verum est ei Deum esse. Qui credit Deum adulteros iudicaturum esse, non moechatur; si autem moechatur, non verum est ei Deum esse. Similiter qui credit Deum fures iudicare, non furatur; aut si furatur, non verum est ei Deum esse. Et ita de singulis mandatis.

63. Sed praestantius quoddam dedit Vivificator noster praeceptum : *Falsum iuramentum non proferes; quod qui fece-*

AB] — 1 *B* ܘܒܠܒܗܘܢ. — 4 A om. ܠܐܠܗܐ. — 10 *B* ܗܝ. — 18 A ܕܝܢ [ܕܐܢ. — 17 A ܘܠܐ ܩܛܠ. — 19 A ܘܠܐ ܓܐܪ. — 22 A ܘܠܐ [ܘܐܦ. — 23 A ܗܢܘܢ. — 24 A ܠܗܘܢ [ܡܚܝܢܢ. — 26 A ܕܫܪܝܪܐ.

[1] Tit. I, 16. — [2] Is. XXIX, 13. — [3] Ps. LXII (LXI), 5. — [4] Levit. XXII, 31. — [5] Luc. XVIII, 20. — [6] Tob. IV, 16. Matth. VII, 12. Luc. VI, 31.

rit, in iudicio condemnabitur[1]. Is qui pro vero tenet unum Deum esse, quomodo falsum per eum iurabit? Et vide eum qui unum ex his praeceptis violaverit procul dubio Deum negare; longe autem nequius coram Deo est perfidum sacramentum per eum iurare. Etenim solemni admonitione docens Salvator praecepit : *Noli iurare per caelum, quia thronus Dei est;* nam si falsum iurares per caelum, quomodo posses oculos illuc attollere et eum qui in caelis residet rogare? *Nec iurabis per terram, quia scabellum est sub pedibus eius*; ne forte postquam per terram falsum iuraveris, simulatque super eam insistens iuraveris, ipsa subter te quatiatur, eo quod mentitus fueris per scabellum pedum Dei. *Neque per Ierosolymam iurabis, quia civitas est magni Regis;* ne forte per locum orationis iurantem, mendaciumque proferentem, illic iterum ad orandum adsistere te pudeat, et oratio tua de domo illa per quam mentitus es, non ascendat, atque effectum non consequatur. *Neque per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum*[2]; ne per caput tuum falsum iuramentum dicens, caput tuum ipse pudore suffundas,

AB] — 2 A … — 3 A … — 4 A om. … — *Ib.* A … — 5 A add. … — 8 A … — 9 A … — 12 *B* … — 13 A … — *Ib.* A … — 16 A … — *Ib. B* … — 17 A add. … — 18 A om. … — 19 A … — *Ib. B* … — 21 A om … — 23 A om. … — 24 A …

[1] Matth. v, 33. — [2] *Ib.* v, 34-36.

ܒܟܠܗܘܢ ܫܡܗ ܕܡܪܟ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܪܫܗ ܕܓܒܪܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܐܘ ܕܝܡܐ ܒܪܫܗ ܘܡܕܓܠ܆ ܐܢ ܫܪܝܪܝܢ ܠܟ ܬܠܬܐ ܫܡܗܐ ܢܨܝܚܐ ܘܡܫܒܚܢܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܥܠ ܪܫܟ ܐܬܕܟܪܘ ܟܕ ܢܣܒܬ ܪܘܫܡܐ ܕܚܝܝܟ: ܐܢ ܫܪܝܪܐ ܠܟ ܡܥܡܘܕܝܬܐ: ܠܐ ܬܐܡܐ ܒܪܫܟ ܘܕܥ ܕܠܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܬܐܡܐ ܒܪܫܟ. ܠܗܘܐ ܕܝܢ ܠܟܘܢ ܡܠܬܟܘܢ: ܐܝܢ ܐܝܢ ܘܠܐ ܠܐ. ܘܐܡܪ: ܕܝܬܝܪ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܢ ܒܝܫܐ ܗܘ. ܒܟܠ ܗܘ ܓܝܪ ܠܡܕܓܠܘ ܒܡܘܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܝܫܐ ܗܝ ܡܢ ܟܠ ܚܛܗܝ̈ ܕܢܥܒܪܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܒܪ ܐܢܫܐ ܚܕ ܡܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ: ܩܐܡ ܘܡܨܠܐ ܘܒܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܥܓܠ ܢܫܒܘܩ ܠܗ. ܡܢ ܕܝܡܐ ܒܗ ܒܐܠܗܐ ܘܡܕܓܠ: ܡܢ ܡܢ ܢܒܥܐ܆ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܥܒܕܗ ܟܕܒܐ ܐܝܟܢܐ ܢܒܥܐ܆ ܠܐܠܗܐ ܕܠܐ ܫܪܝܪ ܠܗ ܐܝܟ ܡܕܓܠܐ܀

ܒܟܝܢ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܚܛܗܐ ܝܩܝܪܐ ܘܡܪܝܪܐ. ܡܢܗܘܢ ܫܒܩܘ ܠܐܠܗܐ ܘܦܠܚܘ ܠܦܬܟܪܐ: ܘܡܢܗܘܢ ܕܒܪܘ ܢܫܐ ܕܚܒܪܝܗܘܢ: ܘܐܦ ܩܛܠܘ ܘܐܦ ܓܪܘ. ܘܠܐ ܗܟܢ ܐܬܦܪܥܘ ܐܝܟ ܟܠܐ ܕܐܬܢܣܒ ܒܡܘܡܬܐ ܕܐܡܝܢ

super quod nomen Domini tui commemoratum est. Nam sicut Apostolus dicit : *Viri caput Christus est*[1]. O tu qui iuras per caput tuum et mentiris! Si tibi vera sunt tria nomina illa inclita et laudanda Patris, et Filii, et Spiritus sancti, super caput tuum commemorata, quando vitae tuae signum accepisti; si verum tibi est baptisma, ne per caput tuum iuraveris, et scito potestatem tibi non esse per caput tuum iurandi. *Sit autem sermo vester : Est, est; non, non. Quod autem his abundantius est* dicit *esse a malo*[2]. Equidem per Deum mendaciter iurare peius est quibuslibet hominum peccatis. Si unum ex Dei praeceptis homo violaverit, stans orabit, Deumque deprecabitur, ut cito ei det veniam. Qui autem per Deum peieraverit, quem obsecrabit? quomodo rogabit Deum, quem mendacem fecit[3]? Quomodo Deum qui ei verus non est deprecabitur?

64. Etenim reges Israel gravia acerbaque peccata commiserunt. Aliqui ex eis Deum dereliquerunt ut idola colerent. Alii uxorem proximi sui rapuerunt, vel etiam occiderunt, aut moechati sunt; non autem tantis paenis mulctati sunt quantas sibi susceperunt falsi iurisiu-

AB] — 1 A ܐܡܪܐ [ܐܡܪ. — 3 B ܐܢ. — 4 A ܩܕܝܫܐ. — 8 A om. ܘܡܥܡܘܕܝܬܐ. — 8 B ܠܐ. — 9 A ܕܠܗܘܐ. — 10 A ܕܐܝܢ [ܐܝܢ primo. — 11 A ܗܠܝܢ ܡܢ ܕܝܬܝܪ ܕܝܢ. — 13 A ܦܘܩܕܢܘܗܝ. — 17 A om. ܒܗ. — 20 A ܐܡܪܐ. — 24 B ܕܡܢܗܘܢ. — *Ib.* A ܐܦ. ܢܫܐ ܕܚܒܪܝܗܘܢ. — 25 A ܐܦ.

[1] I Cor. xi, 3. — [2] Matth. v, 37. — [3] Cf. I Ioh. i, 10.

randi datores. Nabuchodonosor, rex impius, cuius manibus terra universa dedita fuerat[1], postquam traditus est ei populus Israel, aliquos ex eis Babylonem obsides duxit, ceteros autem cum regibus suis foedere, absque iuramento, in terra sua reliquit; ipsisque se ei servituros promittentibus, Ioacim cum eo foedus absque iuramento statuit. Postea vero rebellans mentitus est; propter mendacium autem interfectus est. Et constituit Ioachin filium eius post eum in regno, foedusque cum eo sine iuramento statuit, promittens se non rebellaturum. Ille vero pactum fefellit, atque a rege Babylonis descivit. Tum Nabuchodonosor misit, eumque vinculis oneratum Babylonem abduxit. Ibi vero mansit in carcere triginta septem* annos. Sedecia autem, eius patruo, rege constituto, Nabuchodonosor cogitavit et consilium iniit dicens : Quomodo dimissum illum in regno cognoscam non rebellaturum esse? Responderunt autem ei viri consilii sui : Interroga sacerdotes scientes legem. Vocavit igitur Nabuchodonosor sacerdotes, et dixit eis : Quomodo noverin vos mihi fore subiectos, et non insurrecturos esse? Qui dixerunt : Nos

ܕܝܗܒܘ ܘܪܫܥܗ. ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܪܫܝܥܐ ܕܐܫܬܠܡܬ ܒܐܝܕܘܗܝ ܟܠܗ ܐܪܥܐ: ܟܕ ܐܫܬܠܡ ܒܐܝܕܘܗܝ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܕܒܪ ܡܢܗܘܢ ܡܫܟܢܐ ܠܒܒܠ: ܠܗܘܢ ܠܡܠܟܝܗܘܢ ܒܩܝܡܐ ܕܠܐ ܡܘܡܬܐ ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܒܐܪܥܗܘܢ. ܟܕ ܐܡܪܘ ܠܗ: ܕܦܠܚܝܢܢ ܠܟ: ܐܩܝܡ ܠܗ ܝܘܝܩܝܡ ܩܝܡܐ ܕܠܐ ܡܘܡܬܐ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܡܪܕ ܘܕܓܠ: ܡܛܠ ܕܓܠ ܐܬܩܛܠ. ܘܐܩܝܡ ܠܝܘܝܟܝܢ ܒܪܗ ܒܬܪܗ ܒܡܠܟܘܬܐ: ܘܐܩܝܡ ܠܗ ܩܝܡܐ ܕܠܐ ܡܘܡܬܐ: ܕܠܐ ܡܪܕ ܐܢܐ. ܘܕܓܠ ܒܩܝܡܗ ܘܡܪܕ ܠܗ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܫܕܪ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܘܐܣܪܗ ܒܫܫܠܬܐ ܘܐܘܒܠܗ ܠܒܒܠ. ܘܬܡܢ ܗܘܐ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܠܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢܝܢ. ܘܐܩܝܡ ܠܨܕܩܝܐ ܕܕܗ ܒܡܠܟܘܬܐ: ܘܚܫܒ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܐܬܪܥܝ ܘܐܡܠܟ: ܕܐܝܟܢܐ ܐܫܒܘܩܝܘܗܝ ܒܡܠܟܘܬܐ ܘܐܕܥ ܕܠܐ ܡܪܕ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܒܢܝ ܡܠܟܘܬܗ: ܫܐܠ ܠܟܘܡܪܐ ܝܕܥܝ ܢܡܘܣܐ. ܘܩܪܐ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܠܟܘܡܪܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܒܡܢܐ ܐܕܥ ܕܡܫܬܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ ܘܠܐ ܡܪܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ: ܕܚܢܢ

AB] — 1 A ܘܐܡܘܬܗ. — 3 A ܐܫܬܠܡܬ ܟܠܗ [ܕܐܫܬܠܡܬ ܥܡܐ. — 4 B ܐܢܘܢ [ܡܢܗܘܢ. — 5 A om. ܠܗܘܢ. — 9 A ܡܘܡܬܐ. — 10 A ܘܐܬܩܛܠ. — 11 A om. ܒܬܪܗ. — 12 A ܡܘܡܬܐ. — 15 A add. ܡܠܟܐ [ܢܒܘܟܕܢܨܪ. — 18 B ܕܕܗ. — 20 A ܡܪܕ ܠܐ ܘܐܕܥ ܒܡܠܟܘܬܗ ܐܫܒܘܩܝܘܗܝ. — 21 A ܡܠܟܘܬܗ [ܡܠܟܘܬܗ. — 22 A ܕܝܕܥܝܢ. — 24 A ܦܠܚܝܢ ܠܟ. — 25 A ܚܢܢ ܘܡܩܠܚܝܢ.

[1] Vid. Ier. XXVII, 6.

ܘܥܡ ܡܠܟܢ ܢܐܡܐ ܒܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܢܩܝܡܝܢܢ ܩܝܡܐ ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܡܬܩܪܒ ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܕܐܢܐ ܐܡܘܡܝܟܘܢ ܒܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܢ ܡܥܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܡܘܡܬܗ ܡܫܠܡ ܠܟܘܢ ܒܐܝܕܝ: ܘܠܐ ܐܡܘܡܝܟܘܢ ܒܐܠܗܐ ܕܒܒܠ. ܗܝܕܝܢ ܐܝܬܝܘ ܥܓܠܐ ܘܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ ܘܟܗܢܐ ܘܪܘܪܒܢܐ: ܣܡܘ ܐܝܕܝܗܘܢ ܥܠ ܪܫܗ ܕܥܓܠܐ ܘܢܟܣܘܗܝ: ܘܢܣܒܘ ܟܗܢܐ ܡܢ ܕܡܗ ܕܥܓܠܐ ܘܐܙܠܘ ܚܕܪ ܡܕܒܚܐ: ܘܪܣܘ. ܐܣܩܘ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܠܬܪܒܐ ܠܪܝܚܐ ܢܝܚܚܐ. ܘܦܠܓܘܗܝ ܠܥܓܠܐ ܘܦܣܩܘܗܝ ܠܬܪܝܢ: ܘܥܒܪܘ ܒܝܬ ܦܠܓܘܬܗ ܪܘܪܒܢܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܟܗܢܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܥܡܐ ܘܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ ܒܡܨܥܬܗܘܢ. ܘܐܩܝܡܘ ܩܝܡܐ ܒܡܘܡܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܕܠܐ ܢܡܪܕܘܢ. ܘܗܝܡܢ ܐܢܘܢ ܢܒܘܟܕܢܨܪ. ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܥܒܪܘ ܡܘܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܡܪܕܘ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܡܬܢܒܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܐܪܡܝܐ ܘܚܙܩܝܐܝܠ: ܐܪܡܝܐ ܒܐܘܪܫܠܡ: ܘܚܙܩܝܐܝܠ ܒܫܒܝܬܐ ܕܒܒܠ. ܘܟܕ ܥܒܪܘ ܡܘܡܬܐ ܘܡܪܕܘ: ܗܟܢܐ ܐܟܣܢ ܐܢܘܢ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ: ܕܐܘ ܓܒܪܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܥܡܘܪܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ

cum rege nostro iurabimus per Deum Israel, et pactum instituemus in ipso sacrificio quod in altari offertur. Tunc Nabuchodonosor ait: Ego vos per Deum Israel iurare compellam; quod si sacramentum eius temeraveritis, ipse tradet vos in manus meas; non autem vos iurare faciam per deos Babylonis. Adduxerunt ergo vitulum; rex Sedecias cum sacerdotibus et principibus manus suas super eius caput extenderunt, et immolaverunt eum; sumentesque de sanguine eius sacerdotes circuitum altaris perfuderunt; adipem altari imposuerunt ut suaviter oleret; vitulum autem bifariam diviserunt, et principes Iuda, et sacerdotes, et doctores populi, et rex Sedecias inter divisiones transierunt; eoque iuramento [in nomine] Dei Israel constituerunt pactum non rebellandi, et eis Nabuchodonosor fidem tribuit. Postea vero sacramentum Dei Israel violaverunt, et a rege Babylonis defecerunt[1]. Eo enim tempore, Ieremias et Ezechiel prophetabant inter illos, Ieremias quidem Ierosolymae, Ezechiel autem in captivitate Babylonis. Cum igitur iusiurandum fefellissent et rebellassent, Ieremias propheta eos ita compellavit: O viri Iuda, et habitatores Ierusalem, rex

AB] — 1 A add. ܠܗ [ܝܬܝ. — 4 A ܐܢܐ. — 7 A ܐܡܘܡܝܟܘܢ. — 9 B om. ܘܢܩܝܡܘܢ... ܣܡܘ. — 15 A add. ܕܥܡܐ [ܕܝܗܘܕܐ. — 20 A ܡܘܡܬܗ. — Ib. A ܘܡܪܕܘ. — 24 A ܒܫܒܝܬܐ ܕܒܒܠ — 26 A ܘܥܡܘܪܐ.

[1] Cf. Ezech. XVII, 16, seqq. Chron. XXXVI, 13.

Sedecias, et omnis Iuda! *servite regi Babylonis et vivite*[1]. Iusiurandum quod iurastis nolite fallere. Recordamini vitulum quem in duas partes scidistis, atque inter divisiones transiistis. Prophetae autem noluerunt oboedire, sed eis magis adhuc clamantem tulerunt, et in foveam luti proiecerunt. Aliqui etiam dicebant : *Venite et percutiamus eum in lingua sua, et non attendamus ad universos sermones eius*[2].

65. Ezechiel etiam de Babylone ad eos misit dicens : Nolite fallere sacramenta Dei Israel quae iurastis. Et non audierunt, et inobsequentibus ait in vaticinio : *Vivo ego, dicit Dominus dominorum.* Sedecias *adversus Deum Israel mentitus est, iuramenta mea sprevit, et foedus meum irritum fecit; reducam illud in caput eius*[3]. Rursus Ieremias clamans monuit eos : *Servite regi Babylonis et vivite, ne detur civitas haec in desolationem*[4]. Neque eum magis audierunt. Quoniam igitur sacramenta fefellerant, prophetas non audierant, irruit in eos exercitus Chaldaeorum, qui Ierusalem obsidione cinxerunt, ab anno Sedeciae nono usque ad annum undecimum. Cumque obstinate contenderent, ait illis Ieremias : *Egredimini in occursum regis Babylonis,*

ܕܐܘܪܫܠܡ ܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ ܘܟܠܗ ܝܗܘܕܐ܆ ܦܠܘܚܘ ܠܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܘܚܝܘ: ܘܠܐ ܬܕܓܠܘܢ ܒܡܘܡܬܐ ܕܝܡܝܬܘܢ. ܐܬܕܟܪܘ ܥܓܠܐ ܕܦܠܓܬܘܢ ܠܬܪܝܢ ܘܥܒܪܬܘܢ ܒܝܢܬ ܦܠܓܘܗܝ. ܘܠܐ ܫܡܥܘܢ ܠܢܒܝܐ: ܘܟܕ ܐܘܣܦ ܘܩܪܐ ܠܗܘܢ ܫܩܠܘܗܝ ܘܫܕܐܘܗܝ ܒܓܘܒܐ ܕܣܝܢܐ. ܘܡܢܗܘܢ ܐܡܪܝܢ: ܬܘ ܢܡܚܝܘܗܝ ܒܠܫܢܗ ܘܠܐ ܢܨܘܬ ܠܟܠ ܡܠܝܢ ܕܡܡܠܠ܀

ܘܐܦ ܚܙܩܝܐܝܠ ܫܠܚ ܠܗܘܢ ܡܢ ܒܒܠ: ܕܠܐ ܬܕܓܠܘܢ ܒܡܘܡܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܝܡܝܬܘܢ. ܘܠܐ ܫܡܥܘܢ. ܘܟܕ ܠܐ ܫܡܥܘܢ ܐܡܪ ܒܢܒܝܘܬܗ: ܚܝ ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ: ܕܨܕܩܝܐ ܕܓܠ ܒܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܫܛ ܡܘܡܬܝ ܘܒܛܠ ܩܝܡܝ: ܐܗܦܟܝܘܗܝ ܒܪܫܗ. ܘܐܪܡܝܐ ܩܥܐ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ: ܕܦܠܘܚܘ ܠܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܘܚܝܘ: ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܠܚܘܪܒܐ. ܘܠܐ ܫܡܥܘܢ ܬܘܒ. ܘܟܕ ܕܓܠܘ ܒܡܘܡܬܐ ܘܠܐ ܫܡܥܘ ܠܢܒܝܐ: ܐܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܚܝܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܘܟܪܟܘܗ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܢ ܫܢܬܐ ܬܫܝܥܝܬܐ ܕܨܕܩܝܐ ܥܕܡܐ ܠܫܢܬ ܚܕܥܣܪܐ. ܘܐܦ ܟܕ ܡܬܚܪܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܪܡܝܐ:

AB] — 2 A ܦܠܚܘ. — 3 A ܒܡܘܡܬܐ. — 11 A ܐܦ. — 12 A ܒܡܘܡܬܐ. — 13 A add. ܒܗ [ܕܝܡܝܬܘܢ. — 14 A om. ܐܡܪ. — 15 A ܕܚܝ. — 17 A ܘܒܛܠܘܗܝ. — 20 A ܚܪܒܐ [ܠܚܘܪܒܐ. — 22 A ܒܡܘܡܬܐ. — *Ib.* *B* ܠܟܠܕܝܐ. — 28 A ܟܪܝܐ.

[1] Ier. XXVII, 12. — [2] Ier. XVIII, 18. — [3] Ezech. XVII, 16, 10. — [4] Ier. XXVII, 17.

[illegible]

et vivite, et non moriemini[1]. Et adhuc non audierunt. Ideo mansit civitas longo tempore oppressa, circumsedentibus ei Chaldaeis menses undeviginti, a die decimo mensis decimi, qui est mensis Canun secundus, anni noni, usque ad mensem quintum anni undecimi, seu mensem Ab. Capta est civitas die nono mensis huius quinti. Et introeuntes Chaldaei Ierusalem, incenderunt domum Dei, in qua illi peieraverant; altare everterunt, super quod e vitulo iuramenti suffitum inquinatum obtulerant, et omnia vasa ministerii domus Dei Israel asportaverunt. Incenderunt domos principum, qui perfidum iuramentum dixerant; sacerdotes in captivitatem ducti sunt et Babylonem abierunt. Sedeciam autem aufugientem, ex urbe egressum, milites Chaldaei in campestribus Ierichuntis comprehenderunt, catenisque vinxerunt, cum principibus qui iuraverant cum eo, et deduxerunt eos ad reges Babylonis in terram Hemath. Scriptum est autem illum *locutum esse ad eum iudicium*[2]. Ei nempe dixit : Quare sacramentum Dei Israel perfide violasti? Nunc illud in caput tuum vertit. Et eum, postquam oculos ei eruit, compedibus

AB] — 4 *B* [illegible]. — 7 A [illegible] (sic). — 8 *B* [illegible]. — 10 A [illegible]. — 12 A [illegible]. — *Ib.* om. A [illegible]. — 14 A om. [illegible]. — 17 A om. [illegible]. — 18 A om. [illegible] om. [illegible]. — 19 A add. [illegible]. — *Ib.* A [illegible]. — 20 A om. [illegible]. — 22 A [illegible]. — *Ib.* A add. [illegible]. — 23 A [illegible]. — 24 A [illegible].

[1] Ier. XXXVIII, 17; XXVII, 13. — [2] *Ib.* LII, 9.

vinxit, filios eius coram eo iugulavit, et principes qui cum eo iuraverant interfecit. Ipsum autem vinctum Babylonem adduxit, ubi mansit usque ad diem mortis suae. Ierusalem etiam propter falsum iuramentum subvertit, et regnum eorum Nabuchodonosori datum est, qui Deum crediderat pro iuramentis suis paenas persequi.

66. Idque nos Salvator noster docuit: *Nolite per vosmetipsos iurare*[1]; non enim iustificabit Dominus virum qui per nomen ipsius mendaciter iuraverit, ne forte cum os suum iurare assuefecerit, iugiter offendat, ore ad iurandum condocefacto, et lingua iuramentum praetereunte. Scimus autem, carissime, multos de nostris falsum iurare et alios ad periurium cogere. Hi se ipsos interimunt, et fratribus suis mortem inferunt, praeceptum a Salvatore datum violantes.

Ut haec crimina de haeresi astronomica Bardesanis intelligi queant, notandum est cultum astrorum Edessae viguisse, ut patet ex nominibus locorum et personarum.

Hoc expresse dicitur etiam in Doctrina Addaei : ܚܙܐ ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܕܣܓܝ ܡܠܝܐ ܚܢܦܘܬܐ ܕܠܘܩܒܠ ܐܠܗܐ. ܡܢܘ ܗܢܐ ܢܒܘ ܨܠܡܐ ܥܒܝܕܐ ܕܣܓܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ: ܘܒܝܠ ܕܡܝܩܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ. ܗܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܕܣܓܕܝܢ ܠܒܪܬ ܢܝܟܠ ܐܝܟ ܚܪ̈ܢܝܐ ܫܒܒܝܟܘܢ ܘܠܬܪܥܬܐ ܐܝܟ ܡܒܘܓ̈ܝܐ ܘܠܢܫܪܐ ܐܝܟ ܥܪ̈ܒܝܐ. ܘܠܫܡܫܐ ܘܠܣܗܪܐ.[1] *Video regionem hanc (Edessae) opertam paganismo adversus Deum : quae sunt idola illa Nebo (Mercurii) et Beli (Iovis) quae vos adoratis? item honoratis* ܒܪܬ ܢܝܟܠ *(Filiam Nical) sicut vicini vestri Harranei et Tharata sicut Mabugaei et* ܢܫܪܐ *(Aquilam) sicut Arabes et Solem et Lunam...*

In alio loco Addaeus dicit discipulis suis : ܐܙܕܗܪܘ ܠܟܘܢ ܐܦ ܡܢ ܚܢܦܐ ܕܣܓܕܝܢ ܠܫܡܫܐ ܘܠܣܗܪܐ.[2] ܘܠܒܝܠ ܘܠܢܒܘ. ܘܠܐܚܪ̈ܢܐ ܕܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܐܠܗ̈ܐ. *Caveatis paganos qui adorant Solem et Lunam et Bel et Nebo, et alios qui vocant haec (astra) deos.*

Ipsemet S. Ephrem reponit astrologiam inter causas haereseos :

P. 488 F : ܐܢܫ ܕܐܛܢܘ ܠܟܠܕܝܘܬܐ. ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܠܢܘܟܪ̈ܝܬܐ. ܡܐܢܝ ܕܝܢ ܐܡܪܚ ܠܡܟܢܫܘ ܠܟܠܗܝܢ ܒܝܫܬܐ.

Multi (haeretici) aemulati sunt astrologiam et peregrinas sectas. Manes ausus est omne malum congregare...

Unde, ad integritatem fidei servandam, astronomicam seu astrologicam scientiam primi Edessae Christiani necnon S. Ephrem maledictis prosequuntur. Addaeus dicit discipulis suis : ܥܪܘܩܘ ܠܟܘܢ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܘܡܬܐ ܕܓܠܬܐ. ܘܡܢ ܩܛܠܐ ܕܩܛܠܐ... ܘܡܢ ܢܚܫ̈ܐ ܘܦܣ̈ܐ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܗܘܢ ܟܠܕ̈ܝܐ ܛܥܘ̈ܝܐ. ܘܡܢ ܟܘܟܒ̈ܐ ܘܡܠܘܫ̈ܐ ܕܬܟܝܠܝܢ ܒܗܘܢ ܣܟܠ̈ܐ...[3] *Fugite iusiurandum falsum, homicidium... sortes et horoscopos in quibus gloriantur Chaldaei deceptores, stellas et signa zodiaci, in quibus confidunt stulti.*

[1] *The Doctrine of Addaï* ed. Philipps, London, 1876, p. 24, l. 13.

[2] P. 43, l. 21.

[3] P. 35, l. 14, et in Cureton, *Ancient Syriac Doc.*, p. 15, l. 4.

Caeteroquin timor ille scientiarum astronomicarum quosdam prosecutus est christianos, ne in errores laberentur, per multa adhuc saecula. In saeculo sexto, Gabriel, Rufini filius, episcopus Nisibensis, eiectus est quia motuum stellarum et signorum valde peritus erat : ... ܒܚܘܫܒܢ̈ܐ ܕܢܗܝܪ̈ܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܦܫܝܩ ܡܬܩܢ ܗܘܐ ܒܡܪܘܬܐ ܕܟܘܟܒ̈ܐ ܘܕܡܠܘܫ̈ܐ ܠܝ ܝܕܥܘܗܝ.[1]

Item Eusebius Emesensis (✝ 360) *probris ac conviciis appetebatur quasi mathematicarum artium studiosus*[2].

Ex his adiunctis perspicuus evadit sensus textuum S. Ephrem adversus Bardesanem qui libros Chaldaeorum Ægyptiorumque de astrologia et astronomia callebat[3].

4°. — Alii tandem textus ad doctrinam spectant :

P. 443 D : ܐܡܪ ܒܪܕܝܨܢ ܥܡ ܡܪܩܝܘܢ ܩܕܡܐ. ܕܬܪܝܢ ܐܠܗ̈ܝܢ ܠܐ ܠܡ ܡܨܝܐ ܕܢܗܘܘܢ... *modo* asseruit *Bardesanes cum Marcione, modo reiecit* (*sententiam*) *duos Deos esse impossibile esse.*

P. 443 E : ܟܕ ܗܟܝܠ ܒܪܕܝܨܢ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܕܢܗܘܘܢ. ܡܠܦ ܕܐܝܬ ܐܝܬܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܗܦܟ ܗܘ ܕܥܣܪ. *Bardesanes itaque,* qui contendit plures Deos esse non posse, *si docet nihilominus plura esse entia* (ܐܝܬܝ̈ܐ), *iam admittit quod reiiciebat.*

Illi duo textus demonstrant Bardesanem unitatem Dei confiteri, etsi S. Ephrem variis argumentis errorem pluralitatis deorum ei tribuat. Caeteroquin in opere *De legibus terrarum* invenimus vocem ܐܝܬܝܐ quae idem sonat atque *ens*[4], et aliunde unitas Dei expresse designatur[5]... ܟܠ ܡܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܐ ܡܪܝܐ ܕܟܠ ܣܢܝܩ... ܘܢܗܘܘܢ ܫܝܢܐ ܘܫܠܝܐ ܡܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܟܝܢ̈ܐ *Omne enim quod existit Domino omnium indiget... et erunt pax et quies ex dono Domini omnium naturarum*[6].

Sunt et alii textus de illis « Itié » :

P. 443 E : ܘܐܢ ܠܝܬ ܐܠܗ̈ܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܐܝܬܝ̈ܐ. ܡܛܠ ܕܫܡܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܚܕ ܗܘ ܥܡ ܡܫܬܘܬܦܐ ܕܐܝܬܝ̈ܐ ܘܐܝܩܪܐ.

Iam si plures Dii non sunt, nec sunt plures « Itié », cum naturae divinae et horum « Itié » unum sit nomen et communis dignitas.

P. 444 A : ܩܡܬ ܒܒܪܕܝܨܢ ܛܥܝܘܬ ܝܘܢܝ̈ܐ ܕܐܠܦ ܡܢ ܐܝܬܝ̈ܐ ܒܪܐ ܟܠ ܘܡܬܩܢ ܟܠ *Recruduit in Bardesane error Graecorum qui docuit omnia ex « Itié »* (*elementis*) *creata et constituta esse.*

P. 444 B : ܡܪܩܝܘܢ ܘܒܪܕܝܨܢ ܒܪܘܫܥܗܘܢ ܡܦܩܝܢ ܕܠܐ ܚܕ ܒܪܘܝܐ ܗܘ. ܕܒܪܝܬܐ ܕܚܕܐ ܢܦܫܗ ܗܘܬ ܠܒܪܝܬܐ. ܡܪܐ ܘܐܦ ܡܫܒܚܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܠܒܪܝܬܐ.

Marcion et Bardesanes impie affirmant non unum esse rerum conditorem,

[1] Guidi, *Un nuovo testo siriaco sulla storia degli ultimi Sassanidi,* Lugduni Batavorum, 1891, p. 10, l. 11.

[2] Socrates, *H. E.* II, 9; cf. etiam Sozom. III, 6; *P. G.* t. LXVII, col. 200 et 1045.

[3] Cf. *infra* col. 564, l. 19-23 et 580.

[4] Cf. Merx, p. 29.

[5] Cf. infra col. 588, l. 13-14, col. 610, l. 21-22.

[6] Cf. etiam, col. 568, l. 8 : Ille enim qui omnipotens est unus est.

summi scilicet opificis opera rebus ab eo factis attribuerunt, sic ut Filium et Spiritum Sanctum cum istis confunderent.

P. 468 D : ܕܡܢ ܝܘܢܝܐ ܢܣܒܘ ܫܡܐ ܣܢܝܐ ܕܗܘܠܐ ܡܣܪܝܬܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܐܬܕܟܪܗ ܒܐܘܪܝܬܐ. ܢܒܝܐ ܠܐ ܐܘܕܥܘܗ. ܫܠܝܚܐ ܠܐ ܐܫܠܡܘܗ. ܚܕ ܐܝܬܝܐ ܓܝܪ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܫܪܪܐ ܐܟܪܙܘ. ܦܐܝܢ ܕܐܬܕܡܝܘ ܚܕ ܠܚܕ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܕܓܠܘܬܐ ܕܟܬܒܘܗ ܠܗܝ ܐܝܬܘܬܐ ܗܝ. ܡܪܩܝܘܢ ܐܫܠܡ ܟܬܒܗ ܠܡܫܚܠܦܘܬܗ ܕܒܪܘܝܐ. ܟܬܒܗ ܐܦ ܒܪܕܝܨܢ ܒܥܒܕܗ ܕܒܪܝܬܐ. ܡܐܢܝ ܕܝܢ ܒܒܠܝܐ ܟܕ ܠܐ ܐܫܬܢܝ ܟܠܗ ܗܘܐ ܕܐܣܝܪܐ ܐܚܕܗ.

E Graecis acceperunt vocabulum odiosum materiae turpis, istud nimirum nec Moyses in suo Pentateucho meminit, nec indicarunt Prophetae, nec Apostoli tradiderunt. Unum quippe « Itio » omnes filii veritatis praedicarunt. Similes visi sunt inter se omnes filii mendacii qui scripserunt illam (materiam) entitatem esse. Et hanc quidem a Creatore dissidere tradidit Marcion, adscripsit illam etiam Bardesanes in facto creationis; Manes autem Babylonius in carcerem compegit cum deliraret.

P. 532 E : Loquitur S. Ephrem de tribus haereticis; iuxta editorem, secundus est Manes et tertius Bardesanes, sed hoc est impossibile, nam tertius ille dicitur praecedentium alumnus, quod de Manethe tantum dici potest, dum scripsit S. Ephrem Bardesanem tempore antecessisse Manethi[1]. Haec est ergo sententia auctoris qui in loco secundo ponitur, id est Bardesanis :

ܐܚܪܢ ܠܐܐܪ ܘܠܢܘܪܐ ܘܠܡܝܐ ܩܪܐ ܐܝܬܝܐ. ܘܟܕ ܐܝܬܝܐ ܐܚܪܢ ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܝܗܒ ܠܗ ܫܡܐ ܚܫܘܟܐ. ܘܩܪܝܗ ܬܘܒ ܐܝܬܝܐ.

Alius aerem et ignem et aquam vocavit Itié (*entia*) *et quum aliud Itio nihil erat et nihil poterat, dedit illi nomen tenebras, et vocavit tamen Itio.*

Ex his textibus patet Bardesanem habuisse peculiarem sententiam de formatione mundi. Finxit elementa primitiva a Deo creata, quatuor numero[2], quae coagulata dederunt in manibus Creatoris, ope Verbi et Spiritus, universum hunc mundum. Illa elementa designavit, ut in dialogo *Legum Regionum*, per nomen « Itié » id est entia. Tota igitur controversia erat de nomine et de definitione nominis.

S. Ephrem memorat adhuc « ens » quod vocatur tenebrae. Probare vult malum non esse substantiam et non incorporari nec in tenebris nec in dae-

[1] P. 487 F : ܢܫܬܐܠܘܢ ܥܠ ܙܒܢܝܗܘܢ: ܕܐܝܢܐ ܩܫܝܫ ܡܢ ܚܒܪܗ. ܕܢܣܒ ܗܘ ܡܐܢܝ ܒܘܟܪܘܬܐ: ܩܕܡܝ ܗܘ ܠܗ ܒܪܕܝܨܢ. ܡܫܬܒܗܪ ܒܩܫܝܫܘܬܐ: ܒܪܕܝܨܢ: ܙܥܘܪ ܗܘ ܐܢܘܢ ܡܢ ܩܫܝܫܐ. ܡܪܩܝܘܢ ܟܘܒܐ ܩܕܡܝܐ.

Interrogentur de aetate sua, quis illorum senior sit. An forte Manes primogeniturae iura sibi arroget? atqui prior illo est Bardèsanes. Hicne natu maiorem se praedicet? Atqui minor est natu maximis; Marcion quippe fuit illa spina omnium prima...

[2] Iuxta Moysen Bar Kepha quinque (vide infra, p. 514). Notandum sedulo, unum Bardesanis elementum esse ܪܘܚܐ (*spiritum* seu *ventum*). S. Ephrem nominat iam illud in hoc loco, et postea (cf. infra p. 557 C) tribuit gratuito Bardesani quasdam subobscuras opiniones de *Spiritu sancto* ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. Verisimile est S. Ephrem transtulisse ad *Spiritum sanctum* quasdam voces Bardesanis de *spiritu* seu *vento* seu *aere*, elemento scilicet constitutivo mundi huius, ut sunt lumen, ignis, aqua et tenebrae.

mone, nec in serpente; nam, ait S. Ephrem, omne malum a libero arbitrio provenit, et si quaedam entia male agunt et plectuntur, hoc provenit ex eo quod ab ente liberi arbitrii praedito aguntur. Sed non contradicit Bardesanes, nam affirmat 1° malum non provenire a Deo nec a natura hominis, 2° omnia entia libertate quadam esse praedita et 3° malum esse quemdam defectum et a natura non sana provenire (cf. col. 543-564).

P. 482 B : ܕܠܡܐ ܠܐܝܠܝܐ ܕܚܫܘܟܐ ܫܘܠܛܢܐ ܗܘܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܙܕܩ ܠܩܛܝܪܐ ܕܢܫܒܘܩܝܗ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܐ ܙܕܩ ܠܒܝ̈ܫܐ ܘܚܛܝ̈ܐ ܕܢܬܦܢܘܢ. ܐܢ ܬܐܡܪ ܡܟܝܠ ܠܐ ܢܬܩܪܐ ܒܝܫܐ. ܕܟܝܢܗ ܒܪ ܚܐܪܘܬܐ ܗܘ.

Quid? Num putas Itio tenebrarum libero praeditum arbitrio, et ideo non fuisse vi ducendum ut malitiam exueret; quemadmodum neque mali et improbi homines coguntur ad bonam redire frugem. Si hoc dicis; ne vocetur ergo malum illud quod natura sua libertate praeditum est.

P. 482 F : ܢܗܝܪ ܕܟܠ ܒܝ̈ܫܬܐ ܫܘܪܝܐ ܗܘ ܚܐܪܘܬܐ

Clarum est malorum caput esse liberum arbitrium.

P. 483 C : ܢܫܡܥܘܢ ܗܕܐ ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ ܣܥܪ̈ܢܘܬܐ ܕܠܐ ܫܓܘܫܝܐ. ܒܪ̈ܕܝܨܢܝܐ ܡܩܕܡ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܠܡܘܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܪܝܡ ܡܘܫܐ ܚܘܝܐ ܒܡܕܒܪܐ. ܠܡܐ ܣܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܠܣܛܢܐ ܗܘ ܕܡܝ ܡܫܝܚܐ ܢܦܫܗ. ܐܦ ܡܪܩܝܘܢ ܢܫܡܥ ܕܐܢ ܥܒܕܐ ܕܣܛܢܐ ܚܘܝܐ ܗܘ ܟܐܢܐ ܕܠܣܛܢܐ ܡܨܛܢܥ ܘܠܨܢܥܘ̈ܗܝ ܘܠܥܒܕ̈ܘܗܝ ܣܢܐ. ܨܘܪܬܐ ܕܚܘܝܐ ܡܢܐ ܡܝܩܪ. ܛܒ ܗܘ ܗܟܝܠ ܚܘܝܐ ܗܘ ܕܨܪ ܡܘܫܐ ܕܐܠܗܝ ܨܠܡܐ ܕܡܪܢ.

Audiant tranquille ambae partes : Bardesanitae primum Moysi credentes quod sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto... num creditis Salvatorem hic diabolo se comparare voluisse? Audiat et Marcion, si diaboli opus est serpens, iustus qui diabolum execratur eiusque molitiones odit et acta, cur serpentis effigiem honorat? Bonus est ergo ille (serpens) quem finxit Moyses et qui imago est Domini nostri[1].

Alii textus exhibent versus ab ipso Bardesane confectos :

ܘܐܡܪ ܕܐܡܬܝ ܗܘ
ܢܚܙܐ ܠܡܫܬܘܬܟ.
ܘܢܚܘܪ ܠܒܬܘܠܬܐ
ܒܪܬܐ ܕܥܠ ܒܘܪ̈ܟܝܟ
ܣܡܬܗ ܘܫܒܚܬܗ.

Dixit, quando videbimus epula tua et aspiciemus puellam filiam quam in genibus tuis posuisti et laudasti? P. 557 F.

ܠܡܟܣܘܬܗܘܢ ܣܦܩ ܡܐܡܪܗ ܟܣܝܐ ܕܗܝ ܕܐܡܪܐ
ܕܐܠܗܝ ܘܡܠܟܝ
ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ.

Ad arguendum illos sufficit versus occultus illius quae dicit : Deus meus et Rex meus, quare dereliquisti me? P. 558 A.

[1] Videntur Bardesanitae contendisse serpentem illum deceptorem Evae fuisse ipsummet daemonem. S. Ephrem respondet serpentem non esse daemonem cum serpens aeneus imago sit Salvatoris, sed hoc est extra quaestionem. — Bardesanitae ceterum non possunt, ex hoc unico textu, assimilari Ophitis qui colebant serpentem.

ܐܬܪܐ ܕܦܘܢܩܐ
ܕܬܪ̈ܥܘܗܝ ܒܦܘܩܕܢܐ
ܐܬܦܬܚܘ ܩܕܡ ܐܡܐ.

Sedes deliciarum ea est cuius portae Matri patuerunt praesidis mandato. P. 558 B.

Lubenter fatendum est hos textus nullum determinatum sensum prae se ferre.

Unde praestat totum contextum, id est sermonem quinquagesimum quintum adversus haereses referre p. 557 A, etc.

P. 557 B : ܨܠܘ ܐܚܝ̈ ܐܢܬܘܢ ܥܠ ܬܪ̈ܒܝܘܗܝ ܕܒܪܕܝܨܢ ܕܠܐ ܬܘܒ ܢܫܬܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܐܝܟ ܛܠܝ̈ܐ. ܡܕܡ ܕܪܐ ܘܢܚܬ ܡܢ ܗܘ ܐܒܐ ܕܚܝ̈ܐ ܘܐܡܐ ܒܪܐ ܟܣܝܐ ܒܛܢܬ ܘܝܠܕܬܗ ܘܐܬܩܪܝ ܒܪܐ ܕܚܝ̈ܐ.

a) Orate, fratres, pro Bardesanis alumnis, ut non insaniant iterum qui dicunt ut pueri solent : quidquam fluxit et descendit a Patre vitae et Mater filium occultum concepit et peperit illum et vocatus fuit filius viventis.

Iesu Christe gloria Genitori tuo! Dixit etiam quod non licet parem facere unum (ens) ad producendum et gignendum; quaesivit naturam Domini nostri, quasi ex duobus natus esset in mysterio unionis. Et quando etiam corpus Domini nostri non est natum e duobus, quomodo ergo natura eius divina munda permaneret quae lumen est de lumine.

P. 557 C : ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܣܟܘܪ ܐܕܢܝ̈ܗ ܕܠܐ ܢܫܡܥܝܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܐܘܠܕܬ ܬܐܡܝ ܛܠܝܬܐ ܕܐܝܟ ܡܬܟܫܦܐ ܠܒܢܬܗ ܡܥܠܝܢ ܠܗ ܡܬܚܘܝܢ

ܒܪܬܐ ܕܪ̈ܓܠܝܟܝ ܬܗܘܐ ܠܟ
ܠܝ ܒܪܬܐ ܠܟܝ ܐܚܬܐ.

ܡܒܗܬܬܐ ܗܝ ܕܢܡܠܠ ܕܐܝܟ ܗܘܐ ܒܛܢܗ... ܐܘܠܕܬ ܬܐܡܝ ܛܠܝܬܐ : ܚܕܐ ܒܗܬܬܐ ܕܐܪܥܐ ܚܕܐ ܨܘܪܬܐ ܕܡ̈ܝܐ.

b) Quis non obturabit aures suas, ne audiat illos dicentes Spiritum Sanctum geminas genuisse puellas? sic enim Spiritum sanctum suis blandientem filiabus inducunt : quae te nascendo proxime subsecuta est mihi filiam tibi sororem habe. Me pudet referre eius conceptionem, Jesus tergat os meum quia maculo linguam meam ut aperiam secreta eorum. Duas filias genuit : aliam pudendum terrae et alteram speciem aquae[1].

Videte blasphemiam illorum : quando nequidem daemonis imago videtur in aquis, quomodo natura pura et abscondita Spiritus sancti illo speculo representari potest, quae necdum in mente pingi potest. Dixit etiam : « Quando videbimus epula tua et aspiciemus puellam filiam quam in genibus tuis posuisti et laudasti ». Ar-

[1] Auctor translationis latinae illa verba non intellexit, Hilgenfeld (p. 40-42) credidit se intelligere. Certum ne est ipsummet Sanctum Ephrem versus Bardesanitarum (p. 557 C) intellexisse et expressisse? Post vocem *inducunt*, legi potest :

Filia pedis tui (femoris tui) erit mihi filia et tibi soror... Genuit duas filias : aliam terram illam miserabilem et alteram configurationem (congregationem) aquarum. Cf. Gen. I, 9-10.

guitur etiam in cantibus suis corruptus in blandimentis suis et laxus in concentibus musicis suis, qui humiliavit nomen pulchrum Spiritus Sancti qui in omnibus precandus est. Ad corripiendos illos, sufficiat cantum illorum occultum (referre), ubi illa, quisquis illa sit, dicit quod Deus meus et Dominus meus reliquit me solam, et quia eum puduit in turpitudine sua, involvit cantum suum in pulchritudine orationis purae et sanctae quam de illo narravit Dominus noster : « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? »

c) Confessi sunt se Mosis accepisse legem; despexit tamen illum quando scripsit ille princeps voluptatis quod portae eius (Paradisi) patuerunt coram Matre, et in regione nefanda posuit Paradisum. Lex pulchra tanquam speculum reprehendit doctrinam perversam eorum.

P. 558 B : [illegible]
[illegible]
[illegible]

Item consecratum sancti Paradisum reiecit Bardesanes, laudat alium paradisum nefandum, illum videlicet quem dii mensuraverunt et posuerunt, Pater et Mater suo concubitu sata ei dederunt. In quaestione paradisi occurrit ex adverso Moses, ille ista non scripsit. Sacrae litterae alia narrant, et Hortum deliciarum in regione Eden a Domino consitum fuisse referunt ac describunt. Deinde Moses unum indicat Paradisum, isti geminos fingunt et a diis mensurate conditos mentiuntur, ubinam autem loci statuerint nec dicere fas est. Serpens qui decepit Adam in arbore fraudavit et decepit illum in quaestione Paradisi.

d) Intuitus est Solem et Lunam. Hanc matrem (esse) imaginatus est, illum patrem, Deos masculini et feminini sexus et progeniem illorum distinxit, blasphemavit per verba oris sui et laudavit multos (his verbis) : Gloria vobis, domini. Praedicavit turbam deorum et non puduit illum.

e) Qui erant cum Macchabaeis invenerunt Iudaeos occisos et repererunt in sinu eorum simulacra gentilitatis et obtulerunt pro defunctis preces et munera. Vos autem filii boni, precamini pro Bardesane qui ivit ad gentilitatem, nam legio[1] (est) in corde eius et Dominus noster in ore.

In hoc sermone *e*) alludit ad II Mach., xii, 40-44 et petit preces pro Bardesanitis; *d*) est mere astrologicum, ut ostensum est supra (p. 500). Alii textus minus perspicui sunt, attamen *a*) alludere videtur Incarnationi : Bardesanitae praedicant duplicem Christi naturam, divinam scilicet et humanam quae proveniunt a duplici principio eius generationis, Deo scilicet et Virgine. Immerito ergo impugnantur a S. Ephrem; *b*) tractat de Spiritu Sancto. Ex contextu, in quo agitur de Paradiso terrestri, coniici potest agi hic de produc-

[1] Cf. Marc. v, 9.

tione mundi. Nam iuxta Scripturam : « Spiritus Dei incumbebat super aquas... Congregatae sunt aquae et apparuit arida. Et vocavit Deus aridam Terram congregationesque aquarum appellavit maria[1] ». Fingunt Bardesanitae in hymnis suis Spiritum produxisse terram et aquam post incubationem suam, et se pinxisse in speculo aquarum quae sub illo erant. Verisimile est etiam S. Ephrem confudisse *Spiritum* Sanctum cum *spiritu* seu vento, elemento scilicet constitutivo mundi (cf. *supra* 532 E, cum nota 2). — Difficilius est interpretari finem illius textus. *c*) Agit de Paradiso. De situ illius Bardesanes propriam exponit sententiam. Ex contextu ubi Sol et Luna vocantur pater et mater, haec duo astra produxerunt omnia in Paradiso. (Cf. *infra* p. 525-526.)

Tandem Bardesanes peculiarem opinionem habuit de resurrectione corporis et de natura animae.

P. 438 C : ܟܡܐ ܟܝ ܚܣܡ ܣܛܢܐ ܒܦܓܪܗ ܕܒܪܕܝܨܢ. ܕܒܦܘܡܗ ܗܘ ܦܣܩ ܣܒܪܗ. ܘܦܠܓܗ ܡܨܥܪ ܗܘܐ. ܐܦܩܗ ܠܠܫܢܗ ܕܟܦܪ ܒܩܝܡܬܗ.

Quantum ergo invidit Diabolus in corpore Bardesanis, ut ipse suo ore sibi praecideret spem, dimidiumque sui infamaret? Linguam exeruit, ut suam resurrectionem eiuraret.

P. 553 F : ܦܓܪܐ ܕܡܢ ܒܝܫܐ ܙܩܝܦܝܢ ܟܠܗܘܢ. ܢܦܫܐ ܕܡܢ ܫܒܥܐ

Corpora nostra ab eo, quod malum principium appellant, compacta fuisse docuerunt, negant autem ea post casum aliquando resurrectura; anima vero a septem existere et produci.

P. 551 B : ܢܚܒܫ ܠܒܪܕܝܨܢ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܨܐ ܢܓܪܘܥ. ܚܕ ܡܢ ܠܬܠܬܝܗܘܢ ܐܣܟܡܝܗܘܢ ܕܒܪܢܫܐ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܓܪܥ. ܐܣܟܡܐ ܕܢܘܪܐ. ܘܐܠܐ ܐܢܫ ܓܪܥ ܠܗ ܠܫܠܡܗ. ܕܟܠܗ ܡܢܝܢܗ : ܕܚܝܐ ܡܫܬܡܪܝܢ ܐܝܟ ܕܒܪܢܫܐ ܐܣܟܡܐ ܠܬܠܬܝܢ.

Bardesanes adhuc premendus est, ut fateatur, hominem nulla ex tribus, quibus constat, formis posse privari, quemadmodum nec igni quis adimat formam, quin ipsum ignem extinguat, adeo necesse est constare partium numerum, dum vita constat, sic enim eum natura coagmentavit ex triplici, ut dixi, forma.

Notanda est haec compositio hominis ex triplici forma. Constat enim (cf. *infra* col. 572, l. 7-9) ex intelligentia, anima et corpore (ܡܕܥܐ, ܢܦܫܐ, ܦܓܪܐ). Asseritne Bardesanes intelligentiam solam directe a Deo procedere, dum anima et corpus formantur a planetis et a materia, hoc innuere videtur S. Ephrem, sed illius textus significare potest tantum planetas influxum quemdam habere in animos (cf. col. 572, l. 7-9) et corpus constare ex humo et pulvere, id est ex coadunatione elementorum primitivorum quorum unum saltem, id est tenebrae, libertate sua utitur ad malum producendum, unde malum simpliciter vocatur. Ita distinctio foret inter malum et daemonem.

[1] Cf. Gen. I, 2, 9, 10.

Et in carminibus Nisibenis :

ܡܛܝ ܠܝ ܒܐܝܕܝ ܟܬܒܗ ܕܒܪܕܝܨܢ. ܘܐܬܟܪܝܬ ܠܫܥܬܐ ܚܕܐ. ܐܛܢܦ ܐܕܢܝ ܕܟܝܬܐ. ܘܥܒܕ ܐܢܝܢ ܡܥܒܪܬܐ. ܠܡܡܠܠܐ ܕܡܠܐ ܓܘܕܦܐ. ܘܪܗܛܬ ܠܗܝܢ ܐܣܚܬ ܐܢܝܢ. ܒܩܪܝܢܐ ܫܦܝܐ ܘܕܟܝܐ. ܕܟܬܒܘܗܝ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܫܡܥܬܗ ܡܢ ܗܘ ܩܪܝܢܐ. ܟܕ ܡܓܕܦ ܥܠ ܟܐܢܘܬܐ. ܘܥܠ ܟܢܬܗ ܙܘܓܗ ܠܛܝܒܘܬܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܦܓܪܐ ܠܐ ܩܐܡ ܨܥܪܐ ܗܘ ܪܒܐ ܠܛܝܒܘܬܐ. ܕܒܪܬܗ ܐܝܟ ܕܠܡܚܒܠܘ. ܘܓܘܕܦܐ ܗܘ ܕܥܠ ܟܐܢܘܬܐ. ܕܫܕܬܗ ܐܝܟ ܠܐܒܕܢܐ. ܡܟܪܝܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܘ ܩܪܝܢܐ. ܠܢܦܫܐ ܘܠܦܓܪܐ ܫܘܝܐܝܬ. ܕܐܪܡܝ ܒܝܢܬ ܪܚܡܐ. ܦܘܪܫܢܐ ܕܠܐ ܣܒܪܐ. ܠܦܓܪܐ ܛܠܡ ܡܢ ܢܘܚܡܗ. ܘܠܢܦܫܐ ܡܢ ܫܘܬܦܗ. ܘܚܘܣܪܢܐ ܕܐܪܡܝ ܚܘܝܐ. ܥܕܪܢܐ ܩܪܝܗ ܒܪܕܝܨܢ[1] ✠

Venit mihi in manus liber Bardesanis, et ad horam contristatus sum. Polluit puras aures meas et fecit eas transitum sermonis blasphemiarum pleni. Itaque confestim ablui eas per claram puramque lectionem Scripturarum divinarum. Audivi per illam lectionem quod blasphemat contra iustitiam et eius collegam gratiam. Si enim corpus non resurgeret summae ignominiae esset gratiae, quod illud creasset quasi ad corruptionem et blasphemia esset in iustitiam, quod illud proiiceret tanquam in interitum. Contristat autem haec lectio animam et corpus pari modo; iniicit enim inter hos amicos separationem sine ulla spe. Corpus defraudat resurrectione sua et animam socio suo, et damnum, quod intulit serpens, Bardesanes lucrum nominat.

Ex his textibus patet Bardesanem negavisse resurrectionem corporum, sed quibus verbis et cum quonam contextu, nescimus. Nullum alium errorem expressis verbis proferre videtur S. Ephrem, nisi errores astrologicos.

Haec dilucide apparent ex biographia S. Ephrem ab auctore syro ad honorem huius sancti scripta. Videmus Bardesanem negasse resurrectionem corporum et scripsisse de horis et motibus stellarum dum S. Ephrem scribebat de passione et resurrectione Christi, de poenitentia etc. Vidimus tandem Bardesanem tribuisse planetis influxum nimium in rebus corporeis (ut caeteroquin patet ex dialogo de Legibus terrarum), sed error ille ad saeculum usque decimum sextum apud christianos invaluit.

En biographiae textus[2] ad illustrandos locos obscuriores S. Ephrem :

ܡܢ ܒܬܪ ܕܢܚ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܠܐܘܪܗܝ ܐܫܟܚ ܬܡܢ ܕܐܬܥܛܦܘ ܒܬܪ ܙܘܥܐ ܕܡܠܘܫ ܡܢ ܕܒܝܬ ܒܪܕܝܨܢ ܗܘ ܡܪܢܝܐ. ܘܢܦܩ ܠܘܬܗ ܡܢ ܠܡܠܦܢܘܬܗ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܪܕܝܨܢ ܕܡܫܬܒܚ ܗܘܐ ܒܗܝܢ. ܘܐܡܪ ܡܕܪܫܐ ܐܦܪܝܡ : ܐܬܬܢܝ[3]..... ܡܢ ܚܙܐ ܡܕܪܫܐ ܐܦܪܝܡ ܕܟܠܗ ܐܢܫܐ ܪܚܡܝܢ ܠܙܡܪܐ ܩܡ ܐܦܪܝܡ ܘܟܢܫ ܠܗܘܢ ܡܕܪܫܐ ܠܥܠܝܡܬܐ ܕܒܢܬ ܩܝܡܐ ܘܐܠܦ ܐܢܝܢ ܡܕܪܫܐ ܘܩܠܐ ܘܥܘܢܝܬܐ. ܘܣܡ ܒܗܘܢ ܬܘܪܓܡܐ ܚܟܝܡܐ ܘܡܘܠܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܥܡܕܗ ܘܨܘܡܗ ܘܚܫܗ ܘܩܝܡܬܗ ܘܣܘܠܩܗ ܘܥܠ ܣܗܕܐ ܘܥܠ ܬܝܒܘܬܐ ܘܥܠ ܥܢܝܕܐ.... ܘܟܢܫ ܡܢ ܩܠܝܬܐ ܐܢܫܐ ܠܘܬܗ ܘܐܡܪ (ܐܦܪܝܡ) :

[1] *Carm. Nisib.* LI, ed. Bickell, Lipsiae, 1866, p. 102. (Citatur in vita S. Ephr.) Cf. etiam XLVI.

[2] Iuxta codicem undecimi saeculi in operibus Syro-lat. Sancti Ephrem, t. III, p. XXIII-LXIII et in *Bibl. Orientali*, t. I, p. 26-55 editum. Haec biographia edita est etiam a D. Lamy ex quodam ms. saeculi decimi tertii. Sunt quaedam discrepantiae, cf. *Hymni et sermones*, t. II, col. 63-70. Cf. etiam Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. III, p. 621 et 651-652.

[3] Hic venit textus carminum Nisib. supra hac ipsa pagina citatus.

[illegible]

Quando S. Ephrem pervenit Edessam, invenit ibi haereses omnis generis et praecipue Bardesanis. Habuit prae manibus librum Bardesanis dicentis...

Videns autem beatus Ephrem omnes homines ad concentum propensos esse, constituit et ordinavit adversus horas et motus planetarum filias Deo sacratas et docuit eas hymnos, canticos et responsiones, et posuit in hymnis istis verba intelligentiae subtilia et sapientiae spiritualis plena, super nativitatem et baptismum et ieiunium et vitam Messiae, passionem, resurrectionem et ascensionem... Quadam die conversus est ad populum et dixit :

Non sit spes nostra in septem (planetis)[1] *quas confitetur Bardesanes. Anathema sit qui dicit, ut ille dixit, pluviam et rorem ab illis descendere.*

Anathema sit qui asseverat, ut ille, ab illis esse imbres et pruinas.

Maledictus qui dicit, ut ille dixit, ab illis nivem et glaciem. Maledictus qui dicit, ut ille dixit, ab illis semina (nasci) agricolis. Anathema sit qui profitetur, ut ille professus est, ab illis fructus (dari) agricolis. Anathema qui putat, ut ille, ab illis oriri famem et satietatem.

Anathema qui profitetur, ut ille docuit, ab illis (esse) aestatem et hiemem. Anathema viro et mulieri quae sic loquitur.

Maledicta sit spes cuius fundamentum in septem reponitur.

Maledictus qui reliquit spem firmam in Domino et dat potentiam his septem et ponit confidentiam in illis. Maledictus qui legit Scripturas et Scripturarum fit adversarius. Maledictus qui legit prophetas, et solvit verba prophetarum.

Maledictus qui legit Apostolos et adversatur illorum verbis.

Beata es fidelis Ecclesia regis, et filius regis in te manet. Nec movebuntur fundamenta tua quia Dominus factus est tui custos. Nec poterunt lupi nocere tibi. Maledicti sunt filii perditionis. Alta sunt cornu tuum et magnificentia tua, filia nationum, quam pulchra es!

[1] Non septem eones, ut volebant quidam auctores, sed planetae; et hoc patet 1° ex contextu, 2° ex dialogo *De legibus terrarum* :

[illegible]

Res quae illis eveniunt, divitiae scilicet vel paupertas... ex gubernatione illarum stellarum quae vocantur septem (les sept) eveniunt et ab illis gubernantur (col. 567, l. 2-6; 600, l. 6 et 16-17; cf. col. 608, l. 18).

Demum notandum est S. Ephrem versibus uti ad refellendum opus quoddam versibus etiam exaratum. Nam citat tantum psalmos a Bardesane confectos. Quinimo, in primis versibus suis nos docuit se poenam Bardesanis exaggerare voluisse :

P. 437 A : ܡܢ ܣܟܠܐ ܐܣܝܐ. ܒܕܘܢܗ ܢܟܬܢܝܐ. ܗܘ ܐܪܟܐ ܕܢܗܘܐ ܐܣܝܐ ܡܟܬܢܝܬܐ

Quisquis aegrum sanare cupit, poenam exaggerat, nec ideo minus amat; torquet, nec odit, nunquam minus iratus quam cum saevit.

II

AUCTORUM RECENTIORUM TESTIMONIA.

1. Sozomenus. — 2. Theodoretus. — 3. Auctor Chronici Edessae. — 3. Elias Nisibenus. — 5. Philoxenus. — 6. Historia Rabbulae. — 7. Iacobus Edessenus. — 8. Georgius Arabum episcopus. — 9. Moyses Bar Kepha. — 10. Praefatio arabica concilii Nicaeni. — 11. Theodorus Bar Khûni. — 12. Masûdi. — 13. *Fihrist.* — 14. Muhammad-asch-Schahrastâni. — 15. Michael Syrus. — 16. Bar Hebraeus.

Notandum, decursu temporis, Bardesanem magis ac magis haereticum evasisse; vel enim discipuli Bardesanis, vi controversiarum, ab Ecclesiae doctrinis exularunt et eorum errores magistro tributae fuerunt, vel recentiores auctores, scriptis Bardesanis orbati, doctrinam eius ex operibus eorum qui ei adversabantur, hauserunt, et a veriori sensu averterunt. Nam S. Ephrem nunquam refert doctrinam Bardesanis ad doctrinam Valentini et gnosticum illum esse nec asserit, nec probat, sed recentiores auctores, ab Eusebio et Epiphanio persuasi Bardesanem ad scholam Valentini pertinere, verba S. Ephrem aliquo modo detorserunt ut doctrinas Valentini tribuere possent Bardesani.

1. Sozomenus, in saeculo quinto, nos docet Bardesanem habuisse filium, Harmonium nomine, qui litteris graecis imbutus, primum numeros metricos et modum musicum et choros in syriacam linguam intulit. Expressit carminibus suis errores patris, et S. Ephrem, videns homines rhythmi musici suavitate capi, eisdem numeris odas composuit[1].

Ex hac falsa Sozomeni narratione Psalmi centum et quinquaginta ad imitationem Davidis regis compositi, quos S. Ephrem tribuit Bardesani, non fuissent ab illo scripti sed a filio eius, et non Bardesanem sed Harmonium citasset et impugnasset S. Ephrem.

2. Iuxta Theodoretum († 458) Bardesanes multa scripsit syriace, quae in graecam linguam versa sunt. Item filius eius Harmonius, Athenis educatus, multa et ipse scripsit syriaca lingua; utrosque refellit S. Ephrem[2].

[1] *H. E.* III, 16; Migne, *P. G.* t. LXVII, col. 1090.
[2] *H. F.* I, 22; Migne, *P. G.* t. LXXXIII, col. 372.

3. Auctor Chronici Edessae[1] (sexto saeculo) asserit Bardesanem natum esse die 11 Thomuz (Iulii) anno 465 Graecorum (154).

4. Notandum hic Eliam Nisibenum (decimo saeculo) scribere Bardesanem natum esse die 11 Thomuz anno 445 Graecorum (134).

Iam notavimus hanc discrepantiam explicari posse per confusionem unius litterae ܣ scilicet cum ܡ; nam 465 scribitur ܬܣܗ et 445 ܬܡܗ[2].

Numeri quidem non litteris scribuntur in Chronico et in Elia, sed alteruter usus est forsan quodam auctore scribente numeros ea ratione qua notavi supra et litteram male reddidit.

Commodior sane esset lectio 134 ab Elia data. Nam, ut notavit R. D. Thomas Lamy[3], lucidiores evaderent textus Epiphanii et Theodoreti[4] iuxta quos Bardesanes claruit tempore Antonini Veri († 169); sed lectio ab Elia data unica est, nec textu antiquiore fundata.

Notandum etiam textum Epiphanii et Theodoreti e falsa interpretatione textus Eusebii provenire. Scribit enim ille quasdam biographias v. g. Dionysii (*Hist. eccl.*, IV, 23), Theophili (24), Philippi et Modesti (25), Melitonis (26), Apollinaris (27), Musani (28), Tatiani (29), Bardesanis (30). Biographia Bardesanis incipit his verbis : Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας seu : *eiusdem imperatoris temporibus*, et in hoc capite nullibi occurrit nomen imperatoris *Veri*. Patet ex contextu Bardesanem vixisse, ut alii supra nominati, *circa* tempus Veri, et quidem natus erat quatuordecim annos cum mortuus est Verus. Sed traductor Syrus Eusebii scripsit ܒܗ̇ ܕܝܢ ܥܠ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܢܛܘܢܝܢܘܣ ܘܐܘܪܘܣ : « *sub ipso imperio Antonini Veri* » (Ed. Wright ac Mac Lean, Cambridge, 1898, p. 243), aliique scriptores in hac via longius adhuc procedentes, retulerunt ad tempus Veri imperatoris, vel florem aetatis, vel etiam, ut Epiphanius, mortem Bardesanis.

5. Philoxenus testatus est Bardesanem patientia et ingenio claruisse et peculiarem sententiam de generatione Christi habuisse[5].

ܠܐ ܕܝܢ ܐܬܕܟܪܬ ܠܗܘ ܡܠܦܢܟ ܒܪܕܝܨܢ ܕܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܘܒܦܢܝ ܦܬܓܡܐ ܐܬܟܠܠ ܠܘܬ ܟܠ ܐܝܟ ܕܡܟܪܙܝܢ ܠܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ.

Non memorasti illum magistrum tuum Bardesanem qui patientia et responsis erga omnes claruit, ut proclamant eius discipuli.

ܡܢ ܕܡܘܬܐ ܠܗܘ ܡܠܬܐ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܕܢܚܡܘܢ ܗܘܐ ܟܠܢܫܐ ܒܬܪܝܢ ܦܢܝܢ....

[1] Cf. Assemani, *B. O.* t. I, p. 389, et Harnack, *Textus und Untersuchungen*, t. IX, I, p. 90.

[2] Nau, *Une biographie inédite de Bardesane l'astrologue*, Paris, 1897, p. 1.

[3] J. B. Abbeloos et Th. J. Lamy, *Gregorii Bar-Hebraei Chronicon Ecclesiasticum*, Lovanii, 1872, t. I, p. 47.

[4] Quos secutus est auctor quidam anonymus : Anno 479 (168) innotuit Bardesanes (Land, *Anecdota Syriaca*, Lugduni Batavorum, 1862, t. I, p. 117).

[5] Citatus in Cureton, *Spicilegium Syriacum*, London, 1855, p. v-vi.

Qui confessus est puerum illum natum de virgine ab Altissimo genitum esse, hic assentit Bardesani.

[illegible]

Etiam illud quod « Antiquus mundo puer est » non sumpsimus nos ex Bardesane, sed ille usus est illa arte ut operiret errorem suum, et assumpsit illud a nobis, a doctrina Ecclesiae.

[illegible]

Quidam dicunt de caelo Verbum assumpsisse corpus sicut tu dicis hoc loco et assentis Bardesani magistro tuo... Non intellexisti sententiam Bardesanis qui deducit de caelo corpus Messiae.

Haec ultima imputatio nullibi invenitur apud S. Ephrem. E contrario (p. 557 B *supra*) discipuli Bardesanis repetunt personam Christi ex duobus principiis Deo scilicet et Matre (seu Virgine) (vid. pag. 504).

Sunt alii textus de discipulis Bardesanis.

6. Impugnavit Rabbulas, episcopus Edessae a 412 ad 435, discipulos Bardesanis. Scriptum est enim in eius historia[1] :

[illegible]

Vigebat Edessae praesertim doctrina mala Bardesanis usque dum impugnatus est ab illo (Rabbula) et devictus. Antea enim, Bardesanes ille maledictus, astutia et dulcedine cantus sui attraxerat ad se omnes maiores civitatis, quibus, ut muro firmo, utebatur. Credebat enim insipiens ille, deceptus et decipiens suos, se posse errorem suum confirmare, cum debili ope auxiliatorum.

Sapiens ille agricola terrarum cordis, non conatus est tantum evellere e terra sua nocivam zizaniam et favere incremento tritici, illud enim facile erat; sed providit, in sua sapientia, ut ipsam zizaniam permutaret in triticum, illud enim est necessarium. Loco ergo horrendi sonitus tubarum Iesu (Iosuae) et populi eius, qui clamaverunt adversus muros Iericho et ii eversi sunt, deinde percusserunt homines et voverunt bona illorum Domino; dux ille praestans Iesu Messiae, valuit

[1] Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. IV, p. 431-432.

voce pacifica et benigna evertere funditus domum congregationis illorum[1] *et omnem supellectilem inferre in Ecclesiam suam, ipsosque lapides ad commodum suum cepit. Quoad vero homines, totus in eo erat ut suaviter suaderet et pacifice subiiceret; reduxitque (illos) ad firmam veritatem Ecclesiae Apostolorum, ita ut reiicerent et anathematizarent errorem suum. Tunc baptizavit illos in Christo*[2], *et ad servitium suum adiunxit.*

7. Jacobus, episcopus Edessae († 708), nos docet Bardesanitas remanere suo tempore et disputare adhuc adversus fatum astrologicum et de rebus in mundo inventis :

ܢܬܘܣܦ ܕܝܢ[3] ܥܠ ܡܠܬܢ ܕܗܟܢ ܡܛܠ ܫܪܪܐ ܘܡܛܠ ܦܘܫܩܐ ܕܥܠܝܗ̇ ܣܗܕܘܬܐ ܐܦ ܡܠܬܐ ܕܐܢܫ ܡܢ ܓܒܪ̈ܐ ܡܡܠܠܐ ܘܝܕܘܥܐ ܕܗܘܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܚܪܢ ܗܘ ܐܢܫ ܕܟܕ ܚܝܠܬܢܐܝܬ ܥܒܕ ܗܘܐ ܚܪܝܢܘܬܐ ܡܛܠ ܚܠܩܐ ܘܡܦܣܩܢܘܬܐ ܕܡܢ ܫܒܥܐ ܟܘܟ̈ܒܐ ܕܥܠ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܗܘ̈ܝܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ : ܠܘܩܒܠ ܘܠܓܫ ܐܘܪܗܝܐ ܓܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܡܢ ܝܘܠܦܢܐ ܕܒܪܕܝܨܢ : ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗ ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠ ܚܠܩܐ ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܕܢܣܬܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܗܘ̈ܝܢ ܡܢ ܟܝܢܐ ܒܐܪܥܐ : ܙܟܐ ܗܘܐ ܠܡܣܬܟܠܢܘܬܗ. ܦܢܝ ܗܘܐ ܠܗ ܡܬܚܡܟܢܐܝܬ ܗܘ ܓܒܪܐ ܘܐܡܪ ܒܡܠܬܗ ܗܟܢ • ܥܠ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܥܠܡܝ̈ܬܐ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܕܐܝܬ ܒܥܠܡܐ : ܘܙܒ̈ܢܝܢ ܗܘ̈ܝܢ ܘܐܬ̈ܝܢ : ܐܝܬ ܡܢܗܝܢ ܕܚܙܝܬ : ܘܐܝܬ ܕܫܡܥܬ : ܘܐܝܬ ܕܡܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܝ ܠܡܣܬܟܠܘ. ܘܕܬܕܥ ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܐܟܣܢܝܐ ܐܢܐ : ܐܦ ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܗܘ ܡܕܡ ܕܫܡܥܬ. ܘܣܗܕܝܢ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܚܙܘܗܝ ܒܛܘܪܐ ܗܘ ܕܒܝܬ ܢܫܘܩ. ܟܕ ܦܣܩܝܢ ܗܘܘ ܟܐܦ̈ܐ ܦܣܝܠ̈ܬܐ : ܘܦܬܚܘ ܒܗ ܒܛܘܪܐ ܠܡܥܪܬܐ ܚܕܐ : ܐܫܟܚܘ ܒܗ ܒܟܐܦܐ ܦܣܝܠܬܐ ܕܝܠܗ ܕܟܝܐ. ܘܚܝܘܬܐ ܕܐܬܚܙܝܬ ܗܘܬ ܠܡܣܬܟܠܢܘܬܗ. ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܘܢ ܕܚܙܘܗ ܐܢܫ̈ܝܢ : ܘܫܘܦܪܐ ܐܝܩܪܐ ܠܡܥܒܕ •

ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܗܟܢ ܐܡܪ ܗܘܐ : ܡܫܬܥܐ ܗܘܐ ܒܡܠܬܗ : ܕܚܙܐ ܐܦ ܕܟܝܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܢܦܫܐ ܕܚܝܘܬܐ. ܠܚܝܘܬ ܗܟܘܢ ܕܢܦܫܐ ܕܡܠܬܢܝܬܐ ܕܐܝܬ. ܡܢ ܐܪܥ ܘܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܙܝܢ ܒܝܒܫܐ ܚܕܐ ܚܙܬ ܐܢܫ : ܘܡܬܕܡܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ ܠܚܝܘ̈ܬܐ. ܘܡܬܕܡܝܢ ܡܢܗܘܢ ܠܚܕ ܠܚܝܘܬܐ : ܠܐ ܡܬܦܪܫܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܕܡܝܢ ܗܘܘ ܐܡܪ ܠܟܐܦܐ ܕܐܦܠܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫܐ ܡܪܓܫܢܝܬܐ : ܘܐܠܝܨܐ ܗܘܐ ܐܟܙܢܐ ܕܡܢܝܢ ܗܘܘ ܐܟ ܦܣܝܠܬܐ ܕܟܐܦܐ.

Adiiciendum est nostro sermoni ad confirmationem et maiorem illius elucidationem[4] *testimonium hominis cuiusdam e viris disertis et doctis civitatis Harran. Ille disputabat acriter de fato et de determinatione lata a septem planetis super omnia quae in hoc mundo existunt,* adversus Vologes Edessenum, hominem disertum e schola Bardesanis, qui loquebatur cum illo, impugnabat fatum et volebat illud evertere ope rerum quae fiunt naturaliter in terra.

Respondit prompte homo ille et dixit in suo sermone : Inter illas res mirandas quas dixisti esse in mundo et nonnunquam produci, sunt quae vidi et sunt de quibus audivi. Ut scires me tibi non contradicere, adiiciam etiam illud quod audivi et quod multi testificantur se vidisse in monte illo Beth-Neschuk. Quum

[1] Notandum est Rabbulam destruxisse non ecclesiam (ܥܕܬܐ) vel domum orationis (ܒܝܬ ܨܠܘܬܗܘܢ) Bardesanitorum, ut dictum est infra in eius biographia de haereticis, sed domum congregationis illorum (ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܗܘܢ) tantum. Insuper omnis supellex, tabulae, sedes etc. munda erat et ad sacros usus apta.

[2] Id est : *adiunxit Christi Ecclesiae,* quod nisi admitteretur credendum esset Bardesanitas aut baptismum reiecisse aut illorum baptisma validum non fuisse.

[3] Cf. l'abbé Martin, *L'hexaméron de Jacques d'Édesse, Journal asiatique,* VIII[e] série, t. XI, p. 410-412.

[4] Loquebatur Iacobus de mirabilibus — exempli gratia : de fossilibus — in terra inclusis.

lapicidae lapides illic caederent et multum descenderent in loco effossionis lapidum, invenerunt in ipsa effossione corpus hominis et cadaver canis, quod difficile creditu est; illos ego meis oculis vidi et multi alii mecum.

Adversarius (Vologes) narrabat in suo sermone se vidisse locum in quo fons erat fluens in fissuris profunditatum terrae et quum (aquae) fluerent, stillabant et consistebant in quodum loco in interioribus terrae; coagulabantur, compactae erant et fiebant lapides; homines deinde frangebant illos et adducebant ad lucem, nec solvebantur, sed similes erant, aiebat, lapidi concreto (?) in quo varii erant colores. Ita mutata est lenitas aquae in duritiem petrae[1].

8. Georgius, Arabum episcopus, habet textum Bardesanis de cursu planetarum et fine mundi qui citatur infra (col. 612). Habet insuper :

ܐܢܐܦܘܪܣ [2] ܕܢܟܪܗ (ܕܐܡܪܐ) ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܗܠܝܢ ܕܒܝܬ ܒܪܕܝܨܢ ܗܘܝܢ ܟ. ܕܬܘܪܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܥܩܡܬܐܝܬ ܣܠܩ ܗܘܝܢ ܟܕ. ܕܬܐܡܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܥܩܡܬܐܝܬ ܣܠܩܝܢ ܗܘܝܢ ܟܚ. ܕܣܪܛܢܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܥܩܡ ܗܘ ܟܕ ܣܠܩ ܗܘܝܢ ܠܒ. ܕܐܪܝܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܝܬܝܪ ܥܩܡ ܗܘ ܟܕ ܣܠܩ ܗܘܝܢ ܠܘ. ܕܒܬܘܠܬܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܡܢ ܩܪܢܐ ܠܩܪܢܐ ܥܩܡܬܐ ܗܝ ܟܕ ܣܠܩܐ ܗܘܝܢ ܡ. ܕܡܣܐܬܐ ܕܝܢ ܡܛܠܬܗ ܕܗܝ ܥܠܬܐ ܕܥܩܪܒܐ ܗܘܝܢ ܐܢܐܦܘܪܣ ܡ. ܕܩܫܬܐ ܕܝܢ ܠܘ. ܕܓܕܝܐ ܕܝܢ ܠܒ. ܕܕܘܠܐ ܕܝܢ ܟܚ. ܕܢܘܢܐ ܕܝܢ ܟܕ.

Ut aiunt discipuli Bardesanis, ortus (ἀναφοραί) *Arietis sunt* 20 (*gradus*). *Tauri, quia obliquius ascendit, sunt* 24. *Geminorum, quia obliquius etiam ascendunt, sunt* 28. *Cancri, quia obliquus est dum ascendit,* 32. *Leonis, quia magis obliquus est dum ascendit,* 36. *Virginis, quia ab uno cornu obliqua est ad alterum dum ascendit,* 40. *Librae, propter eamdem causam,* 40. *Scorpii* 36. *Arcitenentis* 32. *Capri* 28. *Amphorae* 24. *Piscium* 20.

Edidit etiam D. Land (*Anecdota syriaca*, t. I, p. 31) nomina signorum Zodiaci iuxta Bardesanis discipulos :

ܫܡܗܝܗܘܢ ܕܡܠܘܫܐ ܐܝܟ ܕܒܝܬ ܒܪܕܝܨܢ ◆ ܐܡܪܐ ܚܣܝܢܐ. ܬܘܪܐ. ܬܪܝܢ ܨܠܡܝܢ. ܣܪܛܢܐ. ܐܪܝܐ. ܫܒܠܬܐ. ܡܣܐܬܐ. ܥܩܪܒܐ. ܨܠܡܐ ܪܒܐ. ܓܕܝܐ. ܕܘܠܐ. ܢܘܢܐ.

Nomina signorum Zodiaci iuxta Bardesanis discipulos : Aries fortis, Taurus, Duo simulacra, Cancer, Leo, Spica, Libra, Scorpio, Simulacrum magnum, Caper, Aquarius, Pisces.

9. Moyses Bar Kepha († 903) exponit et reiicit opinionem Bardesanis de constitutione mundi. Textus ille, hactenus ineditus, illustrat quaedam loca dialogi « De legibus terrarum » et proinde illum referre praestat[3] :

ܦܫܩܬܐ ܝܕ. ܠܘܩܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܡܢ ܚܡܫܐ ܐܝܬܝܐ ܗܘܐ ܘܐܬܩܝܡ.

ܒܪܕܝܨܢ ܗܟܝܠ ܡܢ ܐܠܝܢ ܡܬܚܫܒ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܐܡܪ ܕܡܢ ܚܡܫܐ ܐܝܬܝܐ ܗܘܐ ܘܐܬܩܝܡ: ܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܘܡܝܐ ܘܢܘܗܪܐ

[1] Agitur hic de concretionibus illis quae vulgo dicuntur : *stalactites* et *stalagmites*.

[2] Ryssel, *Die Astronomischen Briefe Georgs der Araberbischofs*, Zeits. für Assyriol., 1893, t. VIII, p. 19-20, et *Georgs des Araberbischofs Gedichte und Briefe*, Leipzig, 1891, p. 120.

[3] Codex syriacus Parisiensis n° 241, fol. 17ᵛ.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Caput decimum quartum : Adversus illos qui dicunt mundum ex commixtione quinque entium constitutum esse.

Bardesanes sensit et dixit mundum istum ex quinque entibus constitutum esse scilicet : igne, vento, aquis, lumine, tenebris. Quodque illorum stat in loco suo, lumen scilicet in Oriente, ventus in Occidente, ignis in meridie, aquae in septentrione, dominus illorum stat in alto et inimicus illorum, tenebrae scilicet, in inferiore parte. Sed quodam tempore, vel a corpore quodam vel casu, turbati sunt

[1] *Lege* [illegible].

[2] *Lege* [illegible].

et impegerunt in invicem. Tenebrae etiam nisae sunt ut ascenderent et commiscerentur cum illis, tum coeperunt entia pura aestuare et fugere coram tenebris et invocaverunt misericordias Altissimi ut liberaret ea a colore nefando quae sese miscuit illis, scilicet a tenebris.

Tunc ad vocem tumultus huius descendit Verbum cogitationis Altissimi quod est Christus, et praescidit tenebras illas e medio entium mundorum, et (tenebrae) expulsae sunt et ceciderunt in profundum naturae illarum. Et ex illa commixtione entium et tenebrarum constituit mundum illum, et statuit ut non esset iterum alia commixtio illorum sed quodque miscetur tale quale est, purificatum et mundatum in uno partu et in una generatione usque ad finem.

Ad haec respondemus multa :

1. *Unde ostendis res esse sicut tu dicis, e natura vel e libro antiqui vel novi (testamenti).*

2. *Moyses, prophetae et Apostoli non sicut tu locuti sunt, sed Messias veniet in fine temporum et renovabit creationem creatam a Deo sex diebus et salvabit Adamum qui peccavit et lapsus est.*

3. *Dicemus adhuc : vel Deus praenovit hanc commixtionem entium cum mundo, unde omnia mala proveniunt, et si praenovit, cur Deus non fecit mundum ex puris entibus antequam illis commisceretur malum? et si praenovit et non potuit impedire commixtionem tenebrarum cum puris entibus, iam debilis est Deus et non poterit mundare entia pura a tenebris, qui non potuerit impedire commixtionem tenebrarum cum his entibus. Vel Deus non praenovit et invenitur imprudens et ignorans*[1].

4. *Dicemus adhuc adversus illa entia : vel a propria voluntate desideraverunt ut commiscerentur, vel coacti sunt ab aliis entibus. Si a propria voluntate, cur confugerunt in altum ut se liberarent a tenebris? si a potentia aliorum, dico entia violentiae non subiici, et si a casu, nec casu subiici. Et si Dominus illorum erat in alto, ut dixi, patet illum miscuisse illa entia, non potuerunt enim illa, sicut servi inobedientes, relinquere regionem suam et loca sua praeter voluntatem Domini sui, et se movere et impingere in invicem*[2].

5. *Dicemus adhuc stultum esse Bardesanem qui dicit Deum esse et commisceri cum corpore*[3].

[1] Ad haec respondet Bardesanes (infra col. 608-611) : « Nihil resistere potest sanctae et potenti voluntati divinae... Suffert malum modico tempore quia bonus est et sinit omnes naturas permanere in sua essentia et duci secundum suam voluntatem... »

[2] Respondit Bardesanes tenebras desiderare commixtionem repugnantibus aliis.

[3] Illud non legitur in doctrina Bardesanis cognita, nam aliud est *coexistentia* Dei et corporum et aliud *commixtio* Dei et corporum.

6. *Dicemus adhuc : quanam de causa sese moverunt entia ut commiscerentur? Si dicet : Casu moti sunt; dicemus : ubi est Deus universalis? Annihilatur, nec iam existit*[1].

7. *Dicemus adhuc : quodnam ex his entibus motum est primum? Si ventus motus est primus et transivit alia entia et sese miscuit illis, cur non movit se ante faciem suam contra lumen quod in oriente manebat, sed circuivit tortuose per aquas in septentrione et ignem in meridie ut perveniret ad lumen in oriente?*

8. *Dicemus adhuc : si entia ponuntur infra vel supra iuxta levitatem vel crassitudinem naturae suae : lumen scilicet in altum, tenebrae in profundum et alia unum supra alium inter lumen et tenebras, quomodo dissoluta sunt entia media ita ut tenebrae ascenderent et miscerentur cum lumine et quomodo lumen, natura sua leve descendit et sese miscuit cum entibus densioribus? Et quomodo tenebrae graves potuerunt ascendere ad lumen? Tunc damnandus est creator qui non prohibuit entia pura ne descenderent et per illa ascenderent tenebrae. Nam illa fuerunt pedes quidam tenebris ascendentibus ad lumen, et, sicut lignum siccum pes est igni, ita illa entia pedes fuerunt tenebris ut amoverentur a latere suo et a regione sua.*

Patet ergo ex his omnibus mundum illum non esse constitutum ex commixtione quinque entium, ut insanivit Bardesanes.

10. Praefatio quaedam arabica concilii Nicaeni, ab Abrahamo Echellense maronita latine conversa, diversas memorat sectas et demum haec habet [2] :

Decima secta est Disanitarum, qui duos tenent esse deos, unum bonum, alterum malum, in quo Manichaeis consonant, quemadmodum etiam et in terminis horoscoporum, computis nativitatum, astrorum, septem planetarum, et signorum Zodiaci duodecim, a quibus inferiorem hunc mundum regi autumant, et regimen creaturis, quae rectore egent, tribuunt. Neque bona, neque mala opera in hominis esse potestate, et electione, id vero quia resurrectionem inficiantur et extremum iudicium. Perpetuo albis utuntur vestimentis, arbitrantes eos, qui albis utuntur, stare a parte Dei luminis boni, qui vero nigris, a parte Dei tenebrarum mali.

Notandum sectam Disanitarum decimum tantum locum tenere, inveniuntur antea sectae Sabbatinorum, Simonitarum, Marcionistarum, Sophistarum, Manichaeorum, Paulianistarum, Photinianorum, Barbarorum, Phocalitarum. Unde agitur forsan de praepostera doctrinarum Bardesanis transformatione, de qua mentio fit in operibus philosophorum Arabum infra citandis. De authenticitate quidem illius praefationis non constat quippe quae mentionem faciat Helenae matris Constantini « quae ab ineunte aetate christiana fide

[1] Iuxta Bardesanem Deus creavit entia nec privavit illa libertate. Unde moventur vi libertatis suae et propter hoc in iudicium vocabuntur.

[2] Mansi, t. II, col. 1059.

et moribus ab Edessenae urbis episcopo imbuta erat » et addit : « Huius autem incomparabilis feminae et de christiana religione optime meritae gesta plene describuntur in historia inventionis Crucis ». Illa verba, si authenticitate pollerent, antiquissimum de inventione Sanctae Crucis testimonium retinerent, quod verisimile non est. Iuxta Renaudot[1] collectio illa Arabica ad octavum vel nonum saeculum est referenda.

11. Scripsit Theodorus bar Khûni (nono saeculo) in libro *De Scholiis*[2] :

ܥܠ ܕܝܨܢܝܐ. ܥܠ ܒܪܕܝܨܢ ܐܢܫ ܕܐܡܪܘ ܕܡܢ ܡܒܘܓ ܐܝܬܘܗܝ ܫܪܒܬܗ. ܘܐܢܫ ܕܐܡܪܘ ܕܡܢ ܐܪܒܝܠ ܕܒܚܕܝܒ. ܘܐܢܫ ܕܐܡܪܘ ܕܒܪ ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ. ܒܬܪ ܐܒܗ̈ܘܗܝ[3] ܕܐܬܘ ܗܘܘ ܠܐܘܪܗܝ ܐܬܝܠܕ ܥܠ ܢܗܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܨܢ. ܘܟܕ ܪܒܐ ܒܐܘܪܗܝ ܐܬܥܡܕ ܘܐܬܪܒܝ ܒܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫ̈ܐ[4] ܘܐܬܬܣܝܡ ܩܫܝܫܐ. ܪܓܝܓ ܕܝܢ ܠܐܦܣܩܘܦܘܬܐ ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܠܗ : ܐܬܦܪܫ ܡܢ ܥܕܬܐ ܘܐܬܢܩܦ ܠܗܪܣܝܣ ܕܘܠܢܛܝܢܘܣ ܕܟܠܗ̈ܝܢ ܛܢܦܘܬܗ ܚܕܬ. ܟܕ ܕܝܢ ܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܪܝܫ ܗܪܣܝܣ ܘܢܬܠ ܫܡܗ ܠܝܘܠܦܢܗ ܕܘܠܢܛܝܢܘܣ ܦܣܩ ܡܢܗ : ܦܣܩ ܘܐܘܣܦ ܙܥܘܪ̈ܝܬܐ ܀

ܣܐܡܝܢܢ ܕܝܢ ܗܪܟܐ ܡܢ ܓܘܕܦܘ̈ܗܝ ܠܡܚܘܝܘ ܥܘܝܪܘܬ ܠܒܗ. ܐܡܪ ܕܝܢ ܕܚܡܫܐ ܐܝܬܝ̈ܐ ܐܝܬܝܐܝܬ ܐܝܬ ܗܘܘ ܡܢ ܥܠܡ ܡܫܪܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܦܠܫܝܢ. ܘܐܙܕܥܙܥܘ ܗܘܘ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܐܝܟ ܕܒܦܓܥܐ ܡܕܡ. ܘܢܫܒܬ ܪܘܚܐ ܒܚܝܠܗ ܘܪܚܫܬ ܘܡܛܬ ܠܫܒܒܬܗ. ܘܐܘܩܕܬ ܢܘܪܐ ܠܥܒܐ ܘܐܩܪܫܬ ܥܢܢܐ ܚܫܘܟܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܝܠܕܐ ܕܢܘܪܐ ܘܐܐܪ ܫܦܝܐ ܐܬܕܠܚ. ܘܐܬܚܠܛܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ ܘܐܬܙܝܥ ܫܘܪܝܐ ܫܦܝܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܫܪܝܘ ܠܡܬܢܓܚܘ ܚܕ ܒܚܕ ܐܝܟ ܚܝ̈ܘܬܐ ܡܚܒ̈ܠܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܡܪܗܘܢ

ܐܡܪ ܡܢ ܐܪܒܥ ܕܟܕ ܐܡܪܝܢ ܘܐܬܘܢ ܡܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܡܕܡ ܕܥܡܝܩܐ ܠܘܬ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܝܟ ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܗܝ ܚܟܡܬܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܟܕ ܒܪܕܝܨܢ.

De Bardesanis sectatoribus. *Quidam dixerunt familiam Bardesanis oriundam esse e Mabûg (Hierapoli), alii dixerunt ex Arbele quae est in Adiabene. Quidam dixerunt eum filium sacerdotis idolorum esse. Sed cum parentes eius pervenerunt Urhoi (Edessam) natus est prope flumen quod vocatur Daisan et cum adolevisset in Urhoi, baptizatus fuisset et educatus litteris sacris, factus est presbyter. Desideravit deinde episcopatum et non obtinuit, unde recessit ab Ecclesia, adhaesit haeresi Valentini cuius omnes renovavit abominationes. Cum vero ille vellet heresiarcha fieri et nomen suum dare doctrinae Valentini, abscidit ab illa et adiecit quaedam parvi momenti.*

Ponimus hic quasdam eius blasphemias ad ostendendam caecitatem cordis eius : Dixit quinque entia (esse) essentialiter ab aeterno, quae errabant et circumvagabantur et mota sunt tandem casu quodam fortuito. Sufflavit ventus in fortitudine sua et repsit et pervenit ad vicinum (ens). Ignis incendit sylvam et concrevit nubem tenebrosam quae non erat progenies ignis, et aer purus turbatus est. Omnia (entia) inter se mixta sunt et commotum fuit purum illorum principium, coeperuntque impingere in invicem sicut corrupta animalia. Tunc Dominus illorum

[1] *Perpétuité de la foi,* t. V, Paris, 1713, p. 670 et 673.

[2] *Inscriptions mandaïtes des coupes de Khouabir,* par H. Pognon, Paris, 1899, p. 122-123.

[3] ܐܒܗܘܗܝ P.

[4] ܩܕܝܫܐ P.

misit Verbum mentis (suae) et iussit vento quiescere et reverti in seipsum. Sufflavit ventus ex alto et deiecit vi sua principium corrumpens in abyssos eius, gavisus est aer in medio (loco) et fuit tranquillitas et pax et laudatus est Dominus in sapientia sua et ascendit gratiarum actio pro munificentia eius.

Ex illa mixtura et ex illa commixtione entium fecit omnem creationem superiorum et inferiorum, inde certant omnes naturae ad capiendum et purificandum illud quod e natura mala mixtum est (illis).

Talis est impietas illa quam resarcivit Bardesanes.

Haec omnia, paucis exceptis, clarius evolvuntur supra in Moyse Bar Kepha, sed videtur extitisse quidam fons, haeresiarum catalogum continens, a quo mutuati sunt Moyses, Theodorus et Michael Syrus infra laudatus.

Theodorus novit etiam opus illud Epiphanii quod vocatur *Anacephalaeosis* a quo mutuatus est etiam textum sequentem adversus Bardesanem [1] :

ܥܠ ܘܠܢܛܝܢܘܣ ✤ ܘܠܢܛܝܢܘܣ ܗܢ ܠܡܫܠܡܢܘܬܗ ܐܠܦܗ ܠܒܪܕܝܨܢ. ܥܛܠܘ ܗܢ ܢܘܚܡܐ ܕܦܓܪܐ. ܘܐܛܠܡܘ ܠܢܡܘܣܐ ܘܠܢܒܝܐ ܡܫܬܡܫܝܢ ܗܢ ܒܡܠܬܐ ܡܟܝܢ ܡܢ ܟܬܒܐ. ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܝܢ ܕܢܣܡܟܘܢ ܡܠܝܗܘܢ. ܘܡܝܬܝܢ ܓܠܝܢܐ ܕܡܠܝܢ ܫܘܥܝܬܐ ܦܘܠܚܢܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܬܠܬܡܐܐ ܥܠܡܐ ܐܝܬ ܕܟܪܐ ܘܢܩܒܬܐ ܕܝܠܝܕܝܢ ܡܢ ܐܒܐ ܕܟܠ. ܘܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܥܠ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘ. ܘܐܝܟ ܕܒܡܥܒܪܬܐ ܥܒܪ ܒܡܪܝܡ.

De Valentino : *Bardesanes edoctus fuit doctrinam Valentini, reiecerunt enim resurrectionem corporum, fraudaverunt legem et prophetas, utendo verbis huc illuc ex Libris depromptis, quibus verba sua fulcire poterant, producebant revelationes plenas variis fabulis, dicebantque trecentos mundos esse, mares et feminas, natos a Patre Universi, vocabantque illos Deos; dicebant etiam corpus Messiae caeleste fuisse et pertransisse Mariam tubuli instar.*

12. Maṣûdi (decimo saeculo) habet etiam de Bardesane [2] :

الثامن عشر مرقس ويسمّى اورلليوس قيصر ملك تسع عشرة سنة وفى ملكه اظهر ابن (ابر) ديصان مقالته وكان اسقفا للرهاء من بلاد الجزيرة واليه تضاف الديصانيّة من اصحاب الاثنين وتفسير ابن (ابر) ديصان وهى كلمة سريانيّة ابن النهر والنهر هناك معروف بديَصان الى هذا الوقت على باب من ابواب الرهاء يعرف بشاعا مصبّه الى ناحية حرّان ثم ينتهى الى نهر البليخ وانّما يجرى شهورا وينقطع فى القيظ وله كنيسة على هذا النهر مما يلى الباب يعيّد لها النصارى عيدا فى السنة وقيل انه كان منبوذا اصيب على شاطئ هذا النهر فاضيف اليه.

Imperator decimus octavus est Marcus, cognomine Aurelius Cesar; decem et novem annos regnavit. Sub illius regno, Bardesanes, episcopus Edessae in Mesopotamia, doctrinam suam vulgavit et condidit sectam dualistarum Bardesanita-

[1] *Inscriptions mandaïtes*, etc., 2e partie, p. 116 et 169. Cf. Epiphane, Migne, *P. G.* t. XLII, col. 857.

[2] *Kitab at-tanbîh wa 'l-ischrâf* auctore al-Masûdî, Leyde, 1894 (Bibl. Geogr. Arab., ed. de Goeje, t. VIII), p. ١٣٠

rum. Nomen illud Bardesanes est nomen syriacum quod interpretatur filium fluminis. Est enim in regione illa, flumen quoddam Daisan vocatum, quod influit prope portam Edessae vocatam Chaa et inde vergit ad Harran et incidit in flumen Balikh. Flumen (Daisan) non fluit nisi per aliquot menses et siccatur in aestate. Ecclesia quaedam aedificata fuit ad eius ripas prope portam, in honorem Bardesanis, Christiani celebrant ibi festivitatem quotannis. Dicunt illum derelictum fuisse in sua infantia et repertum prope flumen, unde nomen suum nactus est.

In duobus aliis locis eiusdem operis, Masûdî assimilat discipulos Bardesanis discipulis Manetis et dualistarum :

ولفرق (1) بين مانى ومن تقدّمه من اصحاب الاثنين كابن دَيْصان ومرقيون وغيرهما وما ذهبوا اليه جميعا فى الفاعلَيْن وان احدهما خير محمود مرغوب والاخر شرير مذموم مرهوب منه.

(Locuti sumus) de discrimine inter Manetem et dualistas illius praedecessores, ut fuerunt Bardesanes, Marcio etc. et de doctrina, communi omnibus illis doctoribus, duorum principiorum quorum alterum bonum esset laudabile, desiderabile, alterum malum, fugiendum et timendum[2].

والحجاج (3) بين سائر اصحاب الاثنين من المانويّة والديصانيّة والمرقيونيّة وغيرهم من الفلاسفة فى المبادئ الاول وغير ذلك.

Narravimus etiam contentiones inter dualistas : Manicheos scilicet, Bardesanitas, Marcionitas, aliosque philosophos, de primis principiis.

13. Invenimus adhuc in opere *Fihrist*[1], scriptum a 987 ad 988 :

الديصانيّة ,انما سمى صاحبهم بديصان باسم نهر ولد عليه وهو قبل مانى والمذهبان قريب بعضها من بعض وانما بينهما خلف فى اختلاط النور بالظلمة فانّ الديصانية اختلفت فى ذلك على فرقتين فرقة زعمت ان النور خالط الظلمةَ باختيار منه ليصلحها فلما حصل فيها ورام الخروج عنها امتنع ذلك عليه وفرقة زعمت ان النور اراد ان يرفع الظلمة عنه لما احسّ بخشونتها ونتنها شابكها بغير اختياره ومثال ذلك ان الانسان اذا اراد ان يرفع عنه شيًا ذا شطايا محدّدة. دخلت فيه فكل ما دفعها ازدادت ولوجًا فيه.

وزعم ابن ديصان ان النور جنس واحد والظلمة جنس واحد وزعم بعض الديصانية ان الظلمة اصل النور وذكر ان النور حىّ حسّاس عالم وان الظلمة بضدّ ذلك عامية غير حاسّة ولا عالمة فنكارها (فنركاها (Codd.

[1] *Kitab at-tanbîh wa'l-ischrâf*, p. ١٠١.

[2] Cf. *infra*, col. 550 ad 556 de bono faciendo et malo fugiendo. Sed nulla fit mentio duorum principiorum.

[3] *Ibid.* p. ١٣٥.

[1] *Mani seine Lehre und seine Schriften* aus dem Fihrist.... von G. Flügel, Leipzig, 1862, 8°, p. 161-162. — Cf. etiam Muhammad bin Ishâk's Fihrist al-Ulûm, *Z.D.M.G*, 1859, t. XIII, p. 642.

واصحاب ابن ديصان بنواحى البطايح كانوا قديما وبالصين وخراسان امم منهم (منه .C. H)
متفرّقون لا يعرف لهم مجمع ولا بيعة (تبعة .C. H) والمنانية كثير جدا ولابن ديصان كتاب
النور والظلمة كتاب روحانية الحق ' كتاب المتحرّك والجماد ' وله كتب كثيرة ولروساء المذهب
فى ذلك ايضا كتب ولم تقع الينا.

Bardesanitae. *Bardesanes, illius sectae conditor, sic vocatus est ex quodam fluvio ad cuius ripam natus est. Praecessit quidem Manethem. Illorum commenta sunt inter se propinquiora et discrimen inter illa inveniri potest in mixtione tantum Luminis et Tenebrarum. Bardesanitae enim in duas sectas scinduntur ea de causa. Alii profitentur Lumen sese miscuisse cum Tenebris suo proprio et libero delectu ut illas e priore statu eriperet. Sed quum inclusum fuit (Lumen) illic et quum voluit sese liberare a Tenebris, illud impossibile evasit. Iuxta alteram sectam, Lumen voluit excutere Tenebras, quum illarum duritatem et tetrum odorem percepisset, sed altius altiusque immersum est contra propriam voluntatem, perinde ut homo, statim ac repellere vult a seipso corpus aliquod acutis aculeis praeditum, illi in ipso inhaerent et altius penetrant quotiescumque abiicere vult.*

Bardesanes profitebatur lumen unius generis esse et tenebras unius generis; quidam etiam Bardesanitae professi sunt tenebras radicem Luminis esse et dehinc pronuntiant Lumen vita praeditum esse, cum intelligentia et scientia movere, tenebras vero caecas esse, sine intelligentia et scientia; sunt itaque invicem adversa.

Sectatores Bardesanis domicilium habebant in regione Batihat[1] *et erant antea passim in regno Sinensi et Khorasan, et nulla synagoga vel Ecclesia illis cognita est. Illic sunt etiam multi Manichaei.*

Bardesanes composuit libros quibus inscribuntur : Lux et Tenebrae, Ens spirituale veritatis, Mobile et firmum; et multos insuper alios. Praecipui illius sectae fautores his de rebus etiam scripserunt, sed illorum scripta ad nostram notitiam non pervenerunt.

14. Fusius adhuc de Bardesanitis scripsit saeculo duodecimo, Muhammad asch-Schahrastâni :

Bardesanitae[2]. Sunt Bardesanis asseclae et assumunt duo principia : Lumen et Tenebras. Lumen operatur bonum e consilio et libera electione; Tenebrae operantur malum ex natura et coacte. Quidquid bonum, utile, praestans et pulchrum est, procedit a Lumine; quidquid malum, noxium, molestum et odiosum est, hoc procedit a Tenebris. Credunt Lumen esse vivens, sciens, potens, sensu et intelligentia ornatum, ab eo proce-

[1] D. Flügel scribit *in paludosis regionibus* (Sumpdistricten), sed D. Blochet monuit nos quaestionem esse de locis inter Wasit (واسط) et Bassoram iuxta Yacut, Cf. *Geogr. Wörterb.*, t. I, p. ٦٦٢ et ٦٦٨.

[2] *Muhammad asch-Schahrastani's Religions Partheien und Philosophenschulen,* übersetz von Th. Haarbrücker, Halle, 1850-1851, t. I, p. 293.

dunt motus et vita; Tenebrae vero mortuae, sine scientia, imbecilles, immobiles et inanimes, carentes potentia faciendi et eligendi; credunt malum esse a seipso, naturali et authentico modo. Credunt insuper Lumen unius generis esse et Tenebras similiter alterius generis, et comprehensionem Luminis esse quamdam universalem comprehensionem. Illius auditus, aspectus, aliique sensus unum et idem sunt, ita ut auditus sit visus et visus sit alii sensus; notiones vero : *audiens, videns,* praedicantur de Lumine propter distinctionem coexistentium tantum et non quia sunt vere duae res distinctae; credunt etiam esse colorem, gustum, odorem et tactum et idem cognitum esse ut colorem, quia Tenebrae illic modo quodam peculiari permixtae sint, et ut gustum, quia alio modo permixtae sint; simili modo asserunt de colore Tenebrarum, de gustu, odore et tactu illarum. Credunt lumen omnimodo album esse et Tenebras omnimodo nigras, et Lumen semper Tenebras e sua inferiori parte attingere dum Tenebrae semper contingunt Lumen superiori illarum parte. De commixtione vero (Luminis et Tenebrarum) et purificatione diversae sunt sententiae. Quidam putant Lumen ingressum esse in Tenebras: illae enim attigerunt illud cum tanta acuitate et duritate, ut vulneratum sit et conatum sit dehinc facere illas molles et laevigatas ut liberatum ab illis evaderet. Illud ergo evenit non e discrimine substantiae utriusque, sed sicut serra ex (unica) substantia ferri, habet latera laevigata et dentes acutas, sic laevigatio est in Lumine et acuitas in Tenebris et utraque sunt eiusdem substantiae; Lumen vero e sua dulcedine tantam ductilitatem habet ut in istis fissuris Tenebrarum intret; et hoc possibile evasit tantum e duritate (Tenebrarum) propter felicitatem existentiae illarum; unde notandae sunt tantum illarum ductilitas et acuitas.

Alii negant, sed postquam Tenebrae, sua astutia, adhaerere potuerunt Lumini ad suam inferiorem partem, conatum est Lumen sese liberare et expellere a se Tenebras; at aggravatum est et immersum fuit illic, sicut homo qui vult egredi e limo in quo incidit, fulcitur in suo pede ut egrediatur, sed immergitur semper altius, ita Lumen eget definito quodam tempore ad liberationem suam et ad adducendum ens purum in suum regnum.

Alii dicunt adhuc Lumen e libera voluntate iisse in Tenebras ut illas beatas faceret et ut adduceret in suum regnum sanam illarum partem; sed postquam intravit, mansit illic firmiter longo tempore et fecit coacte iniustitiam et res odiosas sed non libero delectu; quando autem liberatum erit et in suo mundo restitutum, operabit tantum et semper bonum et pulchrum; sic est discrimen inter operare coacte et operare a liberot delectu.

15. Tandem Michael Syrus, patriarcha Antiochiae, dat nobis integram Bardesanis biographiam [1], sed unde sumpta sit ignoramus.

Initium capitis (p. 109[r])[2] est :

[1] Textus *carchuni* illius biographiae asservatus est Londini in British Museum, Oriental ms. n° 4402, fol. 71. De illo codice vide *Journal As.,* IX[e] série, t. VIII, p. 523. Gallicam hujus textus translationem dedimus in opusculo jam laudato : *Une biographie inédite de Bardesane l'astrologue,* Paris, 1897.

[2] Iuxta Chabot, *Chronique de Michel le Syrien*, Paris, 1900, t. I, fasc. 2, p. 183-184 et 109-110.

Adiicimus hic verba quaedam ex opere iam laudato *Le livre des scholies* deprompta (Ed. Pognon, Paris, 1899). In illo opere, Theodorus Bar Khûni tribuit Maneti et illis haereticis, Audo et Ququm vocatis, ipsosmet errores quos alii auctores tribuunt Bar-

[illegible]

Venit deinde (fol. 71) biographia Bardesanis :

[illegible] (1). [illegible] (2) [illegible] (3) [illegible]

desani. Unde sequitur magnum inveniri dubium in praepostera illa errorum adscriptione.

a) Scribit Theodorus (p. 127 et 184) fuisse, iuxta Manethem, duo principia, bonum et malum. Principium bonum, seu *Pater magnitudinis,* habitabat in regione lucis cum quinque illius sedibus : quae erant intelligentia, scientia, mens, cogitatio et voluntas. Principium malum seu *Rex tenebrarum* habitabat in terra illius tenebrosa in quinque regionibus fumi, ignis, venti, aquarum et tenebrarum. Tenebrae voluerunt ascendere ad lucem et commotae sunt illae quinque regiones...

b) Item (p. 133 et 195) : In revelatione sub nomine Ioannis, dicit (Audo) : « Ex illis Potestatibus quas vidi provenit corpus meum », diversisque operantibus dedit nomina. Dixit enim : « Sapientia mea fecit carnem, ovum fecit pellem, Elohim fecit ossa, regnum meum fecit sanguinem, Adonaï fecit nervos, zelus fecit carnem et cogitatio fecit medullam ».

Textum illum referre praestat ad illustrandum textum similem Michaelis (p. 523).

[illegible]

Ad elucidationem illius textus notandum est Chaldaeos diversas corporis partes diversis signis et forsan planetis retulisse, ut ait Sextus Empiricus (*Adv. math.* v.) ἦσαν δέ τινες Χαλδαίων οἱ καὶ ἕκαστον μέρος τοῦ ἀνθρωπείου σώματος ἑκάστῳ τῶν Ζωδίων ἀνατιθέντες ὡς συμπαθοῦν. Unde verisimile est quosdam philosophos investigasse causam huius praesuppositae relationis et finxisse planetas partem quamdam specialem habuisse in creatione illius partis corporis sibi subjectae (Vide textum Michaelis). Demum post diversas translationes et permutationes nominum abstractorum et propriorum, evasit textus ille perobscurus Theodori supra relatus.

c) Ququs demum scripsit juxta Theodorum (p. 144 et 209-210) Deum, natum a mari, sedisse super aquas, et vidisse illic imaginem suam. Extendit manum et apprehendit imaginem illam ut conjugem. Genuit ex illa deos deasque. Ququs vocat (imaginem illam) Matrem vitae et illa fecit septuaginta mundos et duodecim magnates (ܪܘܪܒܢܐ).

[1] Locutio illa invenitur iam in *Doctrina Addaei* et in Eusebio iuxta Moysen de Khoren. Cf. *La légende d'Abgar dans l'histoire d'Arménie de Moyse de Khoren,* A. Carrière, Paris, 1895, p. 360.

[2] *Lege* [illegible],

[3] *Lege* [illegible].

[illegible] (1). [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]

Anno 477 (166)[2] *regnavit rex undecimus Romanorum Marcus Aurelius cum filiis suis Antonino Vero et Lucio*[3] *per* 19 *annos et unum mensem...*

Anno 455 (144), *id est quinto decimo anno Sahruq, filii Narse, regis Persarum, fugit Nuhama cum uxore sua Nahsiram. Pervenerunt Edessam seu Ourhoi et, cum traiecissent flumen quod est prope urbem, tunc peperit Nahsiram, et vocaverunt infantem Bardesanem ex nomine fluvii : Bar Daisan* (*sic*). *Inde iverunt Hierapolim seu Mabug et habitaverunt domum Anuduzbar sacerdotis. Ille accepit Bardesanem, educavit et docuit hymnos paganorum. Natus erat quinque et viginti annos quando sacerdos misit illum Edessam ut emeret supellectilem. Bardesanes iter faciebat prope ecclesiam quam aedificavit Adaï et audivit vocem Hystaspis exponentis sacras Scripturas populo.*

Hystaspes ille fuit episcopus Edessae post Iazni. Verba eius placuerunt Bardesani qui cupivit christianorum mysteria, quod audiens episcopus docuit illum, baptizavit et diaconum ordinavit.

Scripsit Bardesanes hymnos adversus haereses, sed declinavit tandem ad doctrinam Valentini, dixit tres esse naturas magnas et quatuor Itié (*res aeternales*) : *rationem scilicet, vim, mentem et intellectum, et quatuor vires : ignem, aquam, lumen et ventum, ex quibus constitutae sunt aliae Itié* (*res aeternales*) *et mundi,* 360 *numero.*

Dixit adhuc illum qui locutus est cum Moyse et prophetis esse archangelum et non Deum, Dominum nostrum corpus angelicum assumpsisse, et Mariam quidem animam luminosam, quae cepit figuram et corpus. Gubernatores creaverunt hominem, potentiores dederunt illi animam et inferiores dederunt corpus. Sol dedit nervos, Iupiter ossa, Mercurius medullam, Mars sanguinem, Venus carnem et Luna[4]*... Saturnus pilos.*

Et sicut Luna exuit lumen suum per singulos menses et intrat ad Solem, ita Mater vitae exuit vestimenta sua et intrat ad Patrem vitae per singulos

[1] *Lege* [illegible].

[2] Regnavit revera Marcus Aurelius anno 161, unde non concordat chronologia Michaelis cum chronologia nostra.

[3] Legendum est : cum Lucio Vero, fratre suo adoptivo.

[4] Hic deest linea in codice.

menses[1], *commercium habet cum illo et genuit septem pueros qui sunt quatuor et octoginta per singulos annos. Hi sunt Dii Bardesanis.*

Dixit adhuc Christum filium Dei natum esse in Bel (in hora Iovis), crucifixum esse in hora Martis, sepultum esse in hora Mercurii et resurrexisse a Sepulchro sub planeta Iove. Dixit mortuos non resurgere, somnia esse veracia, et dormire cum mulieribus vocavit bonam purificationem. Si quis ex eius discipulis commercium haberet cum muliere, dicebat : Abstulisti opprobrium eius[2].

Bardesanes genuit filios : Abgarum, Hasadu et Harmonium qui in doctrina ejus permanserunt. Aqi, episcopus post Hystaspum, arguit illum et excommunicavit cum se subiicere noluisset. Et mortuus est Bardesanes anno 533 (222), *sexaginta et octo annos natus*[3]. *Sit memoria eius in maledictione. Amen.*

16. Textus ille aliquantulum differt in opere Bar Hebraei cui titulus Mnarat qûdšé (ܡܢܪܬ ܩܘܕ̈ܫܐ)[4] licet non ex historia Michaelis sed ex fonte communi verisimiliter desumptus sit :

ܗܪܣܝܣ ܬܠܬܥܣܪܝܬܐ ܕܒܪܕܝܨܢ. ܗܢܐ ܠܬܠܬܐ ܟܝ̈ܢܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܐܡܪ. ܗܘܢܐ ܚܝܠܐ ܘܣܘܟܠܐ. ܘܐܪܒܥܐ ܐܝܬܝ̈ܐ ܘܥܠܡ̈ܐ ܫܣܘ. ܘܗܘ ܕܡܠܠ ܥܡ ܡܘܫܐ ܘܢܒܝ̈ܐ. ܐܝܟ ܡܠܐܟ̈ܐ ܐܠܗܝܐ ܥܡܗ (5) ܐܠܗܐ. ܘܝܠܕܬܗ ܕܡܪܝܡ ܦܓܪܐ ܡܝܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ : ܐܠܐ ܢܦܫܐ ܢܘܗܪܢܝܬܐ ܕܐܣܬܟܠܬ ܒܠܒܫܬ ܒܣܪܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܕܡܠܐܟ̈ܐ (6) ܘܟܘܟܒ̈ܐ ܗܕ̈ܡܐ. ܘܐܡܪ ܕܐܝܟ ܕܣܗܪܐ ܫܠܚ ܢܘܗܪܗ ܡܛܠ ܟܠ ܝܪܚ ܚܕܐ ܙܒܢ ܘܥܐܠ ܠܘܬ ܫܡܫܐ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܡܐ ܕܚ̈ܝܐ ܫܠܚܐ ܠܒܘܫܗ ܘܥܐܠܐ ܠܘܬ ܐܒܐ ܕܚ̈ܝܐ ܟܠ ܝܪܚ ܚܕܐ ܙܒܢ ܘܡܫܬܘܬܦܐ ܥܡܗ ܘܝܠܕܐ ܫܒܥ ܙܒ̈ܢܝܢ. ܘܐܡܪ ܕܒܫܥܬܐ ܕܒܝܠ ܐܬܝܠܕ ܡܫܝܚܐ ܘܒܫܥܬܐ ܕܐܪܝܣ ܐܨܛܠܒ. ܘܒܫܥܬܐ ܕܒܝܠ ܬܘܒ ܐܬܢܚܡ. ܘܟܦܪ ܒܩܝܡܬܐ ܘܠܙܘܘܓܐ ܕܟܝܘܬܐ (7) ܩܪܐ.

Haeresis decima tertia (est) Bardesanis.

Ille dixit tres esse naturas magnas : mentem, potentiam et intelligentiam, et quatuor entia (Itié) et mundos 366 *numero. Et ille qui locutus est cum Moyse et prophetis est archangelus et cum Deo* (lege : *non deus*). *Et Maria non genuit corpus mortale sed animam luciferam quae assumere visa est speciem carnis. Dixit iterum angelos* (hic adest lacuna in sensu) *et stellas membra. Et dixit : sicut Luna exuit lumen suum per singulos menses et intrat semel ad Solem, ita etiam matrem vitae exuere vestimentum suum et intrare ad Patrem vitae per singulos menses semel et commercium habere cum illo et generare septem vices. Et dixit Christum natum esse in hora Beli, crucifixum esse in hora Martis et resurrexisse iterum in hora Beli. Negavit etiam resurrectionem, et matrimonium vocavit purificationem.*

[1] Biduo *in codice.*

[2] Cf. *Isaias*, IV, 1 : *Apprehendent septem mulieres virum unum in die illa dicentes : Tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.*

[3] Unde natus est anno 154, scilicet decem annis post fugam parentum e Persia.

[4] E codice Parisiensi 210, fol. 176.

[5] Lege ܠܐ.

[6] Hic adest lacuna in sensu.

[7] ܕܟܝܘܬܐ *cod.*

Ex hoc textu notandum est 1° Bardesanem non esse ex syriaca propagine sed Persica vel Parthica. 2° Educatum fuisse in urbe cultui astrorum dedita, a sacerdote Solis, unde callere debuit astronomiam. 3° Errores Bardesanis, iuxta Michaelem, redolere astrologiam : influxum scilicet planetarum in corpore et in hoc mundo. 4° Notandum tandem textum de Patre et Matre vitae aliter et aliter exponi in Michaele, in Bar Hebraeo [1] et in S. Ephrem [2].

Ait enim Bar Hebraeus :

ܦܣܩ ܕܝܢ ܕܣܗܪܐ ܐܡܐ ܕܚܝ̈ܐ ܒܟܠ ܝܪܚ ܫܠܚ ܢܘܗܪܗ. ܘܥܐܠ ܠܘܬ ܫܡܫܐ ܐܒܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܪܘܚܐ ܕܢܛܘܪܘܬܐ ܕܡܫܦܥ ܠܗ ܥܠ ܗܢܐ ܟܠܗ.

(*Asseruit*) *Lunam, matrem vitae, singulis mensibus exuere lumen suum et ingredi ad Solem, patrem vitae, ut sumat ex eo spiritum conservationis quem* (*inde*) *efflat in hunc* (*mundum*) *universum.*

Ex hoc textu opinio Bardesanis evadit mere astrologica; Pater et Mater vitae sunt Sol et Luna et sine Sole nihil subsistere potest in hoc mundo. Haec est vetus opinio astrologica Aegyptiorum, quorum libros callebat Bardesanes. Ait enim Plutarchus (*De Iside et Osiride*, c. 43) διὸ καὶ μητέρα τὴν Σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσιν, καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται, πληρουμένην ὑπὸ ἡλίου καὶ κυϊσκομένην, αὐτὴν δὲ πάλιν, εἰς τὸν ἀέρα προϊεμένην γεννητικὰς ἀρχὰς καὶ κατασπείρουσαν. *Idcirco Lunam vocant Matrem mundi, naturamque autumant androgynam habere. Gravida enim fit et fecondata a Sole; illaque suo vice effundit et seminat per aerem generativa principia.* Sanctus Ephrem magis accedit Bar Hebraeo quam Michaeli. Verba eius supra (p. 500) recitata sunt.

Patet adhuc ex hoc textu Patrem et Matrem vitae esse Solem et Lunam et hoc sufficit ut omnis gnosticismi nota auferatur a Bardesane. Dii deaeque, ut locutus est S. Ephrem, sunt signa zodiaci, alia masculina, alia feminina, nam unitatem Dei profitetur Bardesanes ut iam dixi. Notandum adhuc nomen « Domini » pro Sole et Luna in opere *Causa Causarum* usurpari [3].

ܫܡܫܐ ܕܝܢ ܘܣܗܪܐ. ܡܛܠ ܕܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܡܩܝܡܝܢ ܠܟܝܢ̈ܐ ܕܟܠ ܓܢܣܐ ܘܐܕܫܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ. ܡܪ̈ܘ ܐܬܩܪܝܘ ܫܠܝܛ̈ܢܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ ܕܥܠ ܕܫܡܫܐ
ܡܫܚܢ ܘܡܒܫܠ ܘܡܝܒܫ ܠܣܘܪܚܢܐ ܘܠܣܝܢܐ ܕܝܬܝܪܘܬܐ ܕܪܛܝܒܘܬܐ ܘܕܡܘܟܠܬܐ. ܣܗܪܐ ܕܝܢ ܝܗܒ ܪܛܝܒܘܬܐ ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ ܘܬܘܣܦܬܐ ܠܟܝܢ̈ܐ ܘܡܪܘܐ
ܘܡܡܙܓ ܠܗܘܢ ܡܢ ܚܘܡܐ ܕܙܠܝܩ̈ܘܗܝ ܕܫܡܫܐ. ܘܬܘܒ ܠܐܝܠܝܢ ܕܦܝܫܝ ܡܬܪܛܒܢ ܡܢ ܬܚܝܬ ܚܝܠܗ ܕܣܗܪܐ ܡܚܡܡܐ ܘܡܒܫܠܐ ܠܗܘܢ
ܕܣܗܪܐ : ܡܛܠ ܫܡܫܐ ܡܪܢܐ ܘܡܫܚܢ ܘܡܒܫܠ. ܘܡܛܠ ܗܟܢܐ ܡܬܩܪܝܢ ܫܠܝܛ̈ܢܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܕܗܘ ܡܬܩܪܐ ܘܡܩܝܡܝܢ ܘܡܬܕܒܪܝܢ
ܠܟܝܢ̈ܐ ܕܟܠ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܟܠܗܘܢ ܗܢܘ ܐܬܩܪܝܘ ܫܠܝܛ̈ܢܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ.

Sol autem et Luna, quia conservant naturas omnis generis et speciei creationis, vocati sunt Dominatores et Gubernatores, quia Sol calefacit, coquit et siccat putredinem et saniem nimiae humiditatis et mucoris. Luna autem dat humiditatem, fertilitatem et incrementum naturis, irrigat, ut ita dicam, et temperat illas ab aestu radiorum solis. Iterum illas quae nimium maduerunt sub actione

[1] *Chron. eccl.*, Ed. Abb. et Lamy, I, p. 47. Textus Bar-Hebraei invenitur infra p. 526.

[2] *Opera omnia*, II, p. 558, D.

[3] Editum a Kayser, Leipzig, 1889, p. 208, l. 4-10.

radiorum Lunae, Sol purificat, siccat et calefacit. Ex his operationibus illorum maiorum astrorum crescunt, stant et conservantur omnes naturae creationis. Unde vocaverunt illa sidera Dominatores et Dominos.

Ex hoc textu intelliguntur etiam haec verba S. Ephrem, quae ad gnosticum sensum a pluribus perperam detorta sunt [1] :

Bardesanes laudat alium (Paradisum) in quo quisque sanus erubescat; illum videlicet quem Dii quidam geometrae architectati sunt, Pater et Mater (*rerum*) *suo concubitu sata ei dederunt.*

Dicuntur enim planetae conjuncti vel nupti quando illorum radii concurrunt [2] :

ܘܐܡܬܝ ܕܡܬܚܠܛܝܢ ܙܠܝܩܐ ܕܛܒܐ ܘܕܒܝܫܐ. ܘܡܬܡܛܝܢ ܥܠ ܣܗܪܐ ܕܡܬܦܪܢܣܝܢ ܥܠ ܒܪܝܬܐ ܗܝܕܝܢ ܕܡܬܚܠܛܝܢ ܒܐܐܪ: ܡܬܐܡܪܝܢ ܡܙܕܘܓܝܢ.

Quando coniuncti sunt radii bonorum vel malorum (*planetarum*) *et incidunt in Lunam unde disperguntur in creatione, tunc, eo quod miscentur in aere, dicuntur connubio iuncti.*

Unde asseruisse videtur Bardesanes Paradisum (terrestrem) non actione immediata Dei, sed influxu astrorum (qui *dii* improprie ab astrologis et a S. Ephrem dicuntur) et praecipue Solis et Lunae, constitutum et plantatum fuisse, quod minime gnosticum est.

Paulum aliter ac Michael scribit Bar Hebraeus, ut iam diximus, in *Chronico ecclesiastico* [3] :

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܝܕܥ ܒܪܕܝܨܢ ܗܘ ܕܟܕ ܫܒܩ ܠܝܘܠܦܢܐ ܚܢܦܐ ܕܟܘܡܪܐ ܕܡܒܘܓ ܗܝܡܢ ܘܥܡܕ ܘܐܦ ܝܘܠܦܢܐ ܥܕܬܢܝܐ ܐܠܦ ܒܐܘܪܗܝ. ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ ܣܡ. ܘܠܚܪܬܐ ܐܬܦܢܝ ܠܘܬ ܡܫܥܝ̈ܬܐ ܕܡܪܩܝܘܢ ܘܕܘܠܢܛܝܢܘܣ. ܘܟܦܪ ܒܩܝܡܬܐ. ܘܙܘܘܓܐ ܕܝܢ ܕܟܝܘܬܐ ܘܕܟܘܬܐ ܩܪܐ. ܘܐܡܪ ܕܣܗܪܐ ܐܡܐ ܕܚܝ̈ܐ ܒܟܠ ܝܪܚ ܫܠܚ ܢܘܗܪܗ. ܘܥܐܠ ܠܘܬ ܫܡܫܐ ܐܒܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܪܘܚܐ ܕܢܛܘܪܘܬܐ ܘܢܦܚ ܒܗ ܒܥܠܡܐ ܟܠܗ. ܚܝܐ ܕܝܢ ܒܪܕܝܨܢ ܫ̈ܢܝܢ ܣܚ ܘܥܢܕ ܒܫܢܬ ܦܠܓ. ܕܝܨܢ ܕܝܢ ܫܡܐ ܗܘ ܕܢܗܪܐ ܕܥܠ ܓܢܒ ܐܘܪܗܝ ܗܘ ܕܒܓܢܒܗ ܝܠܕܬܗ ܢܚܫܝܪܡ ܐܡܗ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܢܘܚܡܐ ܗܘܐ ܫܡܗ.

Eo tempore innotuit Bardesanes qui, relicta doctrina ethnica sacerdotis (*idolorum*) *Mabugensis, fidem amplexus est et baptisma recepit, imo doctrinam Ecclesiae docuit Edessae, tractatusque adversus haereses composuit; at tandem ad Marcionis et Valentini commenta declinans, resurrectionem negavit, matrimonium vero purificationem vocavit et puritatem, et asseruit Lunam, matrem vitae, singulis mensibus exuere lumen suum et ingredi ad Solem patrem vitae ut sumat ex eo spiritum conservationis quem* (*inde*) *efflat in hunc* (*mundum*) *universum. Vixit Bardesanes annos 68 et obiit anno 533. Daisan autem nomen est fluvii Edessam alluentis, ad cuius ripam eum genuerit mater eius Nahsiram; pater vero eius erat Nuhama.*

[1] S. Ephrem *Opera omnia*, Romae, 1740, t. II, p. 558 D. Cf. supra p. 505-506.
[2] *Causa Causarum,* Leipzig, 1889, p. 209, l. 5.
[3] J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Bar Hebraei chronicon ecclesiasticum,* Lovanii, 1872, t. I, col. 45-46.

Item in historia Dynastiarum [1].

وطهر ايضا رجل يسمي ابن ديصان لانه ولد علي نهر ديصان فوق مدينة الرها وكان يسمي الشمش اب الحيوة والقمر ام الحيوة وان في اول كل شهر تخلع ام الحيوة النور الذي هو لباسها وتدخل علي اب الحيوة فيجا معها فتلد اولاد يمدون العالم السغلي بالنمو والزيادة.

Prodiit etiam quidam Ebn Disan appellatus, quod natus esset iuxta fluvium Disan, supra urbem Roham; hic Solem patrem, Lunam matrem vitae appellavit dixitque initio cuiusvis mensis Matrem vitae, exuto lumine quod vestis ipsius est, ad Patrem vitae ingredientem cum eo congredi, pluresque parere filios, qui incremento et augmento mundum inferiorem continuent.

En omnia nota nobis testimonia de Bardesane et de discipulis eius [2]. Affirmare non licet discipulos eius vi controversiae in diversas haereses non incidisse, v. g. in gnosticismum et praesertim in Manichaeismum, sed illorum doctrina non potest attribui ipsimet Bardesani. Ceterum doctrina Bardesanitarum nullo ipsorum opere cognita est, sed testimonio tantum vel adversariorum vel auctorum recentiorum. Testimonia Arabum, falsitate permixta et recentioribus apocryphis libris (cf. Fihrist *supra,* p. 520) fulta, alludere videntur cuidam Manichaeorum sectae; nam concurrunt cum descriptione haereseos Manetis ab Archelao facta [3] et a S. Epiphanio transcripta [4].

Dicendum nunc de opere Bardesanis cui titulus : De legibus terrarum; ac demum, omnibus citatis, expositis et perpensis, veriorem sententiam de vita et doctrina Bardesanis exponam.

CAPUT SECUNDUM

DE LIBRO LEGUM REGIONUM

1. Historia textus. — 2. De codice Musei Britannici *Add.* 14658. — 3. Operis analysis. — 4. Quisnam sit antiquior textus. — 5. De Bardesane verior sententia.

1. Eusebius in sexto libro *De evangelica praeparatione* refellit paganorum errores *de Fato;* itaque in capite sexto hujus libri transcribit verba quaedam Bardesanis adversus Chaldaeos, seu astrologiae judicialis fautores. Scribit Eusebius in fine capitis noni :

[1] Ed. Pococke, Oxoniae, 1663, p. 125 et 79.

[2] Veterum testimonia integre non exscripsimus quia facile alibi inveniuntur. Cf. Harnack. *Altchristliche Litteratur*, I, p. 184-189; Hilgenfeld, *Bardesanes der letzte Gnostiker*. Leipzig, 1864; *Fragm. hist. graec.* t. V b, Paris, 1872; etc.

[3] *P. G.* t. X, col. 1438-1439.

[4] *P. G.* t. XLII, col. 72-73.

Παραθήσομαι δέ σοι καὶ τῶνδε τὰς ἀποδείξεις ἐξ ἀνδρὸς Σύρου μὲν τὸ γένος, ἐπ' ἄκρον δὲ τῆς χαλδαϊκῆς ἐπιστήμης ἐληλακότος. Βαρδησάνης ὄνομα τῷ ἀνδρί, ὅς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους Διαλόγοις, τάδε πη μνημονεύεται φάναι [1].

Quas quidem demonstrationes (contra Chaldaeos), ex homine Syro, qui summam Chaldaïcae doctrinae perfectionem et absolutionem adeptus erat, hoc loco proferam. Bardesanes is fuit, quem in suis, quos ad disciplinae socios dicavit, Dialogis, hunc in modum philosophari memorant.

Inde patet 1° Bardesanem ad summam astrologiae cognitionem pervenisse et 2° Eusebium citare quamdam partem cuiusdam dialogi inter Bardesanem *et eius discipulos.* Sed verba ab Eusebio relata ad fatum attinent et aliunde notum erat Bardesanem scripsisse percelebrem *de Fato Dialogum ad Antoninum* [2]; crediderunt ergo lectores Eusebium referre in sua *Praeparatione evangelica* dialogum *de Fato ad Antoninum,* quod non dixit Eusebius nec probatur aliunde. — Ceterum verba ab Eusebio citata inserta sunt, paucis mutatis, in *Recognitionibus pseudo Clementinis* [3], et a Caesario, Gregorii Nazianzeni fratre, in *Quaestionibus* suis [4].

Anno 1855 edidit R. D. Cureton textum quemdam syriacum [5], e bibliotheca monasterii Syrorum in deserto Nitriensi prolatum, qui sub titulo *Liber legum regionum* offerebat, inter alia, omnes citationes Bardesanis ab Eusebio factas. Hoc erat opus primitivum a quodam discipulo Bardesanis, nomine Philippo, conscriptum et in graecum sermonem postea translatum. Liber ille non erat *ad Antoninum* conscriptus, sed, ut notaverat Eusebius, dialogus erat inter Bardesanem et eius discipulos. Non erat ex professo adversus fatum compositus, sed Eusebius, omissis aliis, transcripserat tantum verba quae probare poterant liberum hominis arbitrium adversus potentiam astrorum.

Liber ille *legum regionum* translatus est in linguam germanicam a D. Merx [6], in linguam gallicam a D. Langlois [7], tandem, deficiente Curetoniana editione, edidimus textum cum interpretatione gallica, introductione et notis [8].

2. Textus ille syriacus in diversis editionibus, ut diximus, editus et trans-

[1] *P. G.* t. XXI, col. 461.

[2] V. supra p. 494.

[3] IX, 19 sqq.; *P. G.* t. I, col. 1409.

[4] *Interr.* CIX-CX, *P. G.* t. XXXVIII, col. 977-988. Cf. etiam Georgius Harmatolus (nono saeculo), *Anecdota Graeca* e codd. mss. Bibl. Oxon. descripsit J. A. Cramer, vol. IV, Oxonii, 1837, p. 236 sqq. Diodorus Tarsensis (*P. G.* t. CIII, col. 829, 876) videtur etiam librum *legum regionum* cognovisse.

[5] Cureton, *Spicilegium Syriacum*, London, 1855.

[6] Merx, *Bardesanes von Edessa,* Halle, 1863, p. 25-56.

[7] *Fragmenta hist. graec.*, ed. Didot, t. V b, Paris, 1872, p. 73-94.

[8] Nau, *Bardesane l'astrologue, le Livre des lois des pays,* Paris, 1899.

latus, procedit ab unico codice qui sub numero *Add.* 14658 in Museo Britannico Londini asservatur.

Hic codex ad seculum septimum refertur et inter multa excerpta textum nostrum offert fol. 129a-141a[1]. Hunc codicem sedulo iterum atque iterum contulimus et fideliter retulimus. Menda quaedam quae in codice inveniebantur in textu corriguntur, dum ex alia parte lectio ipsius codicis ad calcem columnae refertur. Interpunctionem et vocalisationem adiecimus.

Insuper notandum est in hoc codice aliquando nomen *Bardesanes* scribi ܒܪ ܕܝܨܢ saepius autem ܒܪܕܝܨܢ ut nos etiam ubique dedimus.

Scribit autem codex

ܒܪ ܕܝܨܢ 539_{1-8} 540_{23} 557_{7} 559_{5} 579_{24}

ܒܪ ܐܢܫܐ ubi nos ܒܪܢܫܐ 540_{8} 544_{4} 547_{13} 552_{25} 579_{24} 608_{20}

ܒܢܝܢܫܐ ubi nos ܒܢܝ ܐܢܫܐ 536_{12} 539_{4} 543_{6} 551_{6} 559_{5} 560_{11} 563_{16} 563_{19} 564_{17} 567_{24} $568_{5\ 10\ 23}$ 572_{26} 575_{20} 576_{21} $580_{8\ 17}$ 583_{4} $584_{16\ 17}$ 599_{1} $600_{24\ 26}$ 603_{12} 608_{17}

ܟܘܠ ubi nos ܟܠ 547_{17} 548_{13} $596_{5\ 8}$ 603_{7} 607_{12}

ܟܘܠܗ ubi nos ܟܠܗ 543_{1} 574_{19} 574_{25} 586_{9}

ܟܘܠܗܘܢ ubi nos ܟܠܗܘܢ 560_{5} 568_{6} 587_{9} $596_{5\ 21}$

ܟܘܠܗܝܢ ubi nos ܟܠܗܝܢ 560_{2} 592_{10}

ܡܛܘܠ ubi nos ܡܛܠ 547_{20} 576_{11} 592_{8} 595_{11} 611_{6}

3. In hoc dialogo qui *Liber legum regionum* inscriptus est quaeritur de causa mali physici et praesertim mali moralis.

Bardesanes colloquitur, ut consueverat, cum suis discipulis. Petunt ab eo, nonne Deus sit causa mali moralis; nam, ut ait *Avida* qui vicem adversarii gerit, Deus debuisset creare hominem ita ut peccare non posset. Bardesanes, praemissis consiliis de modo interrogandi et disputandi, respondet Deum non potuisse creare hominem in illo statu, quin constitueret illum merum instrumentum, libertate et merito orbatum. Asserit Avida libertatem illam homini a Deo concessam non sufficientem esse ut possit vitare malum vel saltem ut possit facere bonum. Quas assertiones refellit Bardesanes.

Quaerit ergo Avida an causa mali non reponenda sit in natura hominis. Bardesanes, rebus naturae et libertatis sedulo perpensis, dicit naturam esse unam in unaquaque specie, unde uniformi modo impulsu naturae aguntur omnes qui unius speciei participes sunt, sed non eodem modo peccant omnes homines, quinimo sunt homines qui ad meliores fruges, servata humana natura, redeunt : ergo peccatum vel potius malum non provenit e natura hominis.

Quaerit deinde Avida an malum non proveniat e fato astrologico. Respondet Bardesanes rem ita non se habere, quia homines, sub eodem influxu nati, modis quam maxime diversis male agunt, quin imo influxui astrorum

[1] De descriptione huius codicis cf. W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts*, Londini, 1872, pp. 1154-1160.

non obediunt et proprias leges quamvis inter se diversas, non obstante fato astrologico, sequuntur. Haec pars operis citata fuit ab Eusebio, et nomen dedit libro, quia illic leges diversarum regionum referuntur.

Quaerit demum Avida, an illae leges quibus obediunt homines non sint quaedam manifestatio fati, nam in quodam climate praevalet quidam planeta et influxus ille planetae vocatur lex ab astrologis. Respondet Bardesanes in uno climate inveniri leges maxime diversas ac proinde nullum esse influxum planetae hujus climatis. — Attamen in hoc libro, Bardesanes tribuit malum physicum, ut mortem et morbos, influxui planetarum. Hunc errorem non profitetur nec transcribit Eusebius, sed vulgatus fuit in nostris etiam regionibus ad recentiora usque tempora.

4. *Liber* ille syriacus *legum regionum* servatur quoad praecipuam partem, graece in Eusebio et latine in Recognitionibus [1]. Iuxta Ewald [2], textus syriacus promanat a quodam originali graeco, quia continet quasdam voces graecas. Hanc sententiam, nullo tamen novo argumento innixam, amplecti visus est D. Land [3]. D. Merx asserit syriacum textum originalem esse, demum D. Hilgenfeld docet textum syriacum e textu graeco Recognitionum mutuatum esse [4].

Videtur tamen Eusebius cognovisse graecam translationem, in quibusdam locis liberam, dialogi *legum regionum;* et auctor ille Recognitionum usus est, ut videtur, ipsomet textu Eusebii. Inveniuntur quidem voces graecae in textu syriaco sed rarae, et quaedam illarum iam in traductione syriaca Novi Testamenti perantiqua insunt, insuper difficile est dictu quibusnam vocibus graecis uti non posset Bardesanes etiam in sermone suo syriaco, cum educationis regiae particeps fuisset et proinde scientiarum graecarum. Quare dici nequit, ni fallor, voces ܦܘܣܝܣ (φύσις) vel ܐܣܛܘܟܣܐ (στοιχεία) vel ܗܪܣܝܣ (αἱρέσεις)· originem graecam dialogi prodere, quia vulgatae erant verisimiliter inter doctos syros [5].

[1] Textus graecus Recognitionum periit. Remanet tantum translatio latina. Migne, *P. G.* I, cum translationibus syriaca (Lagarde, Leipzig, 1861) et arabica (Gibson, *Studia Sinaïtica,* n° V).

[2] *Gott. gelehrte Anzeigen*, 1856, p. 649-666.

[3] *Anecdota syriaca*, Lugduni Batavorum, 1862, t. I, p. 53.

[4] Nicht der falsche Clemens von Bardesanes, sondern umgekehrt der falsche Bardesanes von dem falschen Clemens entlehnt hat. *Bard. der letzte gnostiker*, Leipzig, 1864, p. 74.

[5] Caeterum ܦܘܣܝܣ peculiarem sensum habet in dialogo, designat naturam in genere, dum illa vox syriaca ܟܝܢܐ designat naturam talis vel talis entis. Item ܐܣܛܘܟܣܐ invenitur *ad Galatas*, IV, 3. Graeca illa educatio Bardesanis et eius discipulorum, imprimis Philippi qui scripsit dialogum, explicat quosdam modos scribendi, graecum aliquomodo redolentes.

Proinde nil obstat quin, inter textus iam notos, syriacus primo loco ponatur et ut originalis habeatur ut ait Eusebius (*H. E.*, *loc. cit.*) : « Bardesanes tradidit, propria lingua et scriptura, dialogos, quos amici (eius) in Graecorum linguam verterunt ». Operae pretium est collationem quamdam textuum instituere ut apprime videatur textum syriacum in versione graeca, qua usus est Eusebius, truncatum vel mutatum fuisse et illas suppressiones vel mutationes in Recognitionibus fuisse servatas.

Proinde illae Recognitiones ab ipsomet Eusebio pendent et liber nonus hujus operis qui fragmentum Bardesanis continet scriptus est saeculo quarto [1].

SYRIACUS	EUSEBIUS	RECOGNITIONES
ܠܐ ܐܟܠܝ ܠܚܐܪܘܬܗܘܢ ܕܣܪ̈ܝܐ ܐܪܐܣ ܕܚܝܠܐ : ܟܕ ܩܐܡ ܒܡܨܥܬܗ ܕܫܡܝܐ. col. 583, 17-19.	οὐδενὸς γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ πυριλαμπέος Ἄρεος ἀστὴρ μεσουρανῶν.	et tamen nullius libertas arbitrii compulsa est secundum vos *a stella* Martis *ignita*.
Et non impedit libertatem Serum, Mars terribilis, etsi positus in medio caeli.	(Eusebius, loco ܕܚܝܠܐ, ponit *stella fulgens* quod servatur in textu Recognitionum; illae tamen omittunt : *in medio caeli.*)	
ܘܬܘܒ ܒܐܩܠܝܡܐ ܕܗܢܕܘܝܐ ܐܝܬ ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܕܐܟܠܝܢ ܒܣܪܐ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ : ܐܝܟܢܐ ܕܫܪܟܐ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ ܐܟܠܝܢ ܒܣܪܐ ܕܚܝ̈ܘܬܐ. 584, 15-18.	ἔστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλίματι τῆς Ἰνδίας φυλή τις Ἰνδῶν, οἵτινες τοὺς ἐμπίπτοντας ξένους ἀγρεύοντες καὶ τούτους θύοντες ἐσθίουσι.	Sed et in ipsis Indiae nihilominus occiduis partibus regio quaedam est ubi *hospites cum inciderint*, capti immolantur et comeduntur.
Et in eodem climate Indiae sunt homines qui solent carnem hominum manducare sicut caeteri homines manducant carnem animalium.	(Textus Recognitionum pendet ab Eusebio; nam servaverunt tantum illum casum particularem *anthropo*phagiae qui vocari potest *Xeno*phagia.)	
ܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܐܡܪ ܕܟܠܗܝܢ ܢܫ̈ܐ ܕܓܐܠ̈ܝܐ ܚܙܝܐ ܠܗܝܢ ܟܐܘܣ ܒܓܕܝܐ ܐܘ ܒܕܘܠܐ : ܒܒܝܬܐ ܕܫܐܕܐ ܒܝܫܐ. 588,6-9.	καὶ οὐ πᾶσαι αἱ τῶν Γήλων γυναῖκες ἔλαχον ἐν Αἰγοκέρωτι ἢ ἐν Ὑδροχόῳ κακοδαιμονοῦσαν τὴν Κύπριν.	Nec tamen universae Gelonum mulieres in Capraecornu aut Aquario *cacodaemonem Venerem* nascentem habuere.
Nequimus autem dicere pro omnibus mulieribus Ge-	(Locus *mali daemonis*, notus in astrologia, est locus duodecimus. Cf. Firmicus Maternus, II, 15. Eusebius ha-	

[1] Notandum versionem syriacam Recognitionum, in manuscripto anni 411 servatam, continere tantum libros I-IV et quasdam homilias Clementis. Notandum etiam Origenem (*Philocalia*, cap. XXIII, Cantabrigiae, 1677, p. 81) citantem verba, quae in libro X Recognitionum a Rufino feruntur, illas referre ad homiliam decimam quartam, unde patet libros ultimos Recognitionum seriori tempore e diversis fontibus constitutos fuisse.

larum Venerem sitam esse in Capricorno aut in Aquario, loco mali daemonis.

bet huius textus versionem ambiguam et Recognitiones verterunt hanc versionem ambiguam falso sensu.)

ܒܝܬ ܒܩܛܪ̈ܝܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܩܫܢ̈ܝܐ.

Παρὰ Βάκτροις.

Porro vero in Susis.

Apud Bactrianos qui Casciani vocantur. 588, 13-14.

(Eusebius omittit Cascianos quos ignorat. Recognitiones scribunt partem pro toto.)

ܟܠ ܕܓܢܒ ܡܕܡ ܙܥܘܪܐ ܘܕܡܝܗ : ܐܦ ܡܚܝܒܐ.[1]
591, 13-14. ܗܘܐ ܕܢܬܪܓܡ.

ὁ κλέπτων τι ὀβολοῦ ἄξιον λιθάζεται.

Omnis qui aliquid furatus est, parvi licet sit pretii, reus est lapidationis.

(Graecus ille translator textum non intellexit et legit ܡܕܡ. Recognitiones textum omittunt.)

ܗܪܡܝܣ ܥܡ ܒܠܬܝ ܒܒܝܬܐ ܕܟܐܘܢ
ܘܒܬܚܘܡܐ ܕܐܪܐ ܘܒܡܘܫܚܬܐ ܕܡܥܪܒܐ.
col. 592, 12-14.

φωσφόρον μεθ' Ἑρμοῦ, ἐν οἴκοις Κρόνου καὶ ὁρίοις Ἄρεος.

Luciferum cum Mercurio in *domibus* Saturni et finibus Martis.

Hermes cum Venere in domo Saturni et in finibus Martis et in signis zodiaci in Occidente.

(Eusebius et Recognitiones omittunt *in signis Zodiaci in occidente;* insuper voces : *Luciferum* et *domibus* demonstrant eumdem esse textum Eusebii et Recognitionum.)

592, 25. ܙܒܢ ܚܕ ܒܫܢܬܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܕܪܐ.

ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν.

Semel in anno *circa vernale aequinoctium.*

Tempore uno anni, tempore verno.

(Verisimile non est Viragines nosse aequinoctium. Haec interpretatio est translatoris graeci quae servatur in Recognitionibus.)

ܣܗܪܐ ܥܡ ܐܪܐ ܒܡܘܠܕܐ ܕܐܝܡܡܐ ܒܣܪܛܢܐ
596, 10-11. ܬܚܝܬ ܐܪܥܐ.

σὺν τῇ Μήνῃ τὸν Ἄρεα ἐφ' ἡμερινῆς γενέσεως ἐν Καρκίνῳ ὑπὸ γῆν.

Martem cum Luna per diurnam Genesim in Cancro.

Luna cum Marte in Cancro, die, sub terra.

(Eusebius intervertit duas voces, et explicat vocem : *die.* Recognitiones sequuntur Eusebium ad verbum sed omittunt *sub terra.*)

ܐܪܐ ܘܫܡܫܐ ܒܐܪܝܐ ܒܡܘܠܕܐ ܕܠܠܝܐ ܬܚܝܬ ܐܪܥܐ.
596, 18-19.

ὑπὸ γῆν ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον ἐν Λέοντι ὁρίοις Ἄρεος.

In nocturna Genesi sub terra habent *Solem cum Marte* in partibus Martis.

Mars et Sol in Leone, noctu, sub terrâ.

(Textus syriacus *parallelis est praecedenti*, non ita textus Eusebii qui invenitur ad verbum in Recognitionibus, omissis verbis *in Leone.*)

ܓܪܡܢܝ̈ܐ ܟܠܗܘܢ ܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ
ܒܚܢܩܐ ܡܝܬܝܢ ܘܡܢܗܘܢ ܡܝܬܝܢ ܒܡܘܬܐ ܚܢܝܩܐ ܘܠܐ
ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܠܗܘܢ ܓܪܡܢܝ̈ܐ....
596, 21-24.

Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκουσι καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος τῶν Γερμανῶν...

Germanorum *plurimi* laqueo vitam finiunt, nec idcirco *omnes...*

[1] Lege : ܙܥܘܪܐ : ܘܕܡܝܗ ܐܦ ܡܚܝܒܐ; unum alef reduplicatum fuit.

Germani omnes per suffocationem moriuntur, exceptis illis qui in bellis moriuntur. Tamen impossibile est omnium Germanorum...

(Sensus in syriaco est : *omnes* Germani violenta **morte** moriuntur, vel suffocatione vel in bello, nec idcirco *omnes*... Eusebius et Recognitiones servaverunt conclusionem mutatis praemissis, unde falsa est illorum ratiocinatio.)

ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܗ. ܠܢ ܐܒܘܢ ܒܪܕܝܨܢ ܡܬܛܦܝܣ ܐܢܚܢܢ. ܘܝܕܥܝܢܢ ܕܫܪܝܪ̈ܢ ܐܢܝܢ. ܐܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܐܡܪܝܢ ܟܠܕܝ̈ܐ... ܐܡܪ ܠܝ ܕܥ ܩܕܡܝܬ ܒܪܝ ܦܝܠܝܦܘܣ ܕܐܝܟ ܕܢܛܥܘܢ ܗܘ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܐܫܟܚܘܗ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܟܠܕܝ̈ܐ... 600, 1-11.

Ταῦτα, ὦ Βαρδησάνη, ἄχρις ἡμᾶς πέπειχε φημὶ αὐτῷ. οἱ δὲ ἀστρονόμοι φασὶ... Ἀπεκρίνατο· Οὐχ ἀληθὴς ἡ ἀπόκρισις αὕτη, ὦ Φίλιππε.

Sed dicet *aliquis eorum qui in disciplina mathesis eruditi sunt...* Ad haec ergo *respondebimus* quod...

Ego et dixi : Nos, pater Bardesanes, haec omnia persuasa habemus, et scimus haec vera esse, scisne autem Chaldaeos dicere... Dixit mihi : Scito prius, fili mi Philippe, ut in errorem inducerent hanc vocem Chaldaeos invenisse...

(Transitio, quae optima est in textu syriaco, minuitur in textu graeco et praesertim in Recognitionibus quae nomina propria omittunt.)

Haec sufficiant ad probandum textum Graecum quo usus est Eusebius e textu syriaco provenire, multis omissis, et imprimis opinione peculiari Bardesanis ex qua corpus nostrum cum suis affectionibus a planetis pendet.

Recognitiones nulla addunt Eusebio sed multa adhuc omittunt [1], unde ab ipsomet Eusebio verisimiliter promanant, nec textum integrum *Libri legum regionum* noverunt.

5. Bardesanes e Parthorum regno et forsan ex Arbela oriundus, natus est Edessae anno 154. Educatus est cum Abgar IX, filio Manou VIII regis Edessae [2], et adolevit apud sacerdotem paganorum in civitate Mabug seu Hierapoli. Studuit ergo doctrinis et scientiis Graecorum, praesertim astrologiae cui dediti erant sacerdotes planetarum. Secutus est Platonem, calluit etiam libros Aegyptiorum et Chaldaeorum de influxu astrorum. Christianus factus, circa annum vigesimum quintum (179), scientias Graecorum inferre voluit in christianismum, unde Eusebius dicere potuit Bardesanem a pristinis erroribus nunquam omnino recessisse. Profitetur aliunde Bardesanes Deum unum omnipotentem, cuius indigent omnia; creavit ille mundum et ordinavit varia entia, creavit primo (si fides Moysi Bar Kephae) elementa quinque primitiva : ignem, ventum, aquam, lumen et obscuritatem, libertate quadam donata. Quodque horum entium habebat quamdam naturam et occupabat quemdam locum, sed

[1] Vide apud Hilgenfeld utiliorem iuxtapositionem textuum auctoris Syri, Eusebii, Recognitionum et Caesarii.

[2] Haec est series regum Edessae iuxta Gutschmid : Manou VIII regnavit primo a 139 ad 163, deinde eiectus est. Wael, filius Sahrou, 163-165; Abgar VIII, 165-167. Regnavit iterum Manou VIII 167-179, deinde Abgar IX, 179-216. Cf. Rubens Duval, *Histoire d'Édesse*, Paris, 1892, p. 72.

voluntate quorumdam illorum sese miscuerunt et potentiam suarum naturarum illa mixtione fregerunt. Tunc creavit Deus per manum Verbi sui mundum istum in quo nunc vivimus, mundum permixtum lumine et tenebris, bono et malo, cui aliud perfectum est successurum; cum Deus separabit entia alia ab aliis, praesertim ab obscuritate, et reddet unicuique integritatem naturae suae. Hoc eveniet post sex millia annorum. In mundo praesenti invenimus malum physicum quod provenit ab influxu astrorum, et malum morale quem homines vitare possunt, vi libertatis suae; malum morale illud non est substantia sed privatio tantum, provenit a malitia et errore, a daemone, et a natura in quantum ista natura non est sana.

Deus creavit etiam angelos libero arbitrio praeditos, quorum pars peccavit cum filiis hominum. Homo libertate sua aequatur angelis, constat ex intelligentia, anima et corpore. Corpus terra conflatum, seu primitivis elementis, subditur influxui astrorum, itaque immortalitate non gaudet nec debet post mortem suscitari. Unde corpus Christi, quod immortalitate et resurrectione donatum est, non compingitur ex humo terrae sed e caelo deductum est (si Philoxeno fides). Anima hominis est immortalis et iudicabitur.

Multum valuit Edessae doctrina Bardesanis, omnes principes ei adhaeserunt et celebris fuit eius schola. Mortuus est anno 222. Harmonius, eius filius, Athenis educatus, multa et ipse syriace scripsit, iuxta Theodoretum. Sed, centum post annos, natus est S. Ephrem (320-379) qui ad studium Scripturarum omnes revocavit, et qui crimini vertit Bardesani et eius discipulis cognitionem suam scientiarum graecarum et praesertim astrologiae. Astrologia enim ad cultum illum astrorum qui in Mesopotamia vigebat, ducere poterat eius fautores. Damnavit itaque in versibus suis Bardesanem ob studium suum astrologiae et scientiarum profanarum. Parum profecit S. Ephrem, nam Rabbulas, episcopus Edessae (412-435), invenit adhuc omnes Edessae principes Bardesanis doctrinis addictos. Domum ubi convenerant destruxit et lapides eiusque supellectilem ad pios usus applicavit, Bardesanitas demum omnes ad veram fidem revocavit, ait eius vitae laudator.

Attamen saeculo octavo remanebant Edessae discipuli Bardesanis, qui indulgebant adhuc scientiis astrologicis et naturalibus et disputabant de fato, ut tradunt Iacobus episcopus Edessae et Georgius episcopus Arabum.

Decimo demum saeculo tribuuntur Bardesani libri antea ignoti *De lumine et tenebris, De ente spirituali veritatis, De mobili et firmo,* assimilanturque semper Bardesanitae Manichaeis. An Bardesanitae ad Manichaeismum declinaverint, an contra secta quaedam Manichaeorum patrocinium Bardesanis susceperit, compertum non habetur.

Ultimis tandem saeculis scriptores faverunt Bardesani dum e fontibus

graecis tantum hauserunt. Post vulgatos vero versus Sancti Ephrem[1], qui viam pandunt multiplicae interpretationi, pessima evasit Bardesanis memoria.

Media incedendum est via. Tenendum videtur Bardesanem hominem praeclari ingenii fuisse, doctrina et eruditione clarum, ducemque scholae scientiis naturalibus et historicis praesertim addictae. In quosdam tamen lapsus est errores de influxu astrorum, origine, compositione et fine corporis humani, necnon de corpore Christi. — An demum fuerit gnosticus[2]? Perrara est illius nominis definitio, unde lis est forsan de nomine. Si gnosticorum nomen ferunt quicumque scientias paganorum in dogma christianum transferre studuerunt primis nostrae aetatis saeculis, gnosticus quidem fuit Bardesanes; si vero gnostici nota non inuritur nisi deliramentis *dualismi* et *emanationum*, verbis eius et antiquis auctorum testimoniis mature perpensis, Bardesanes ipse — quidquid de eius discipulis sentiatur — gnosticus fuisse non videtur.

[1] *S. Ephrem Opera omnia,* Romae, 1737-1743.

[2] Auctores quidem posteriores ad gnosticismum traxerunt Bardesanem, ut jam notavimus, quia iuxta Eusebium, particeps fuit primo erroris Valentini gnostici, et quia damnatus fuit a S. Ephrem; sed Eusebius addit Bardesanem ab hoc errore recessisse et demonstravisse omnia Valentini dogmenta fabulas esse. Credere possumus etiam Bardesanem qui, iuxta Eusebium, ad summam astrologiae cognitionem pervenerat, ob illam ipsam astrologiae cognitionem et non ob alios errores, scholae Valentini ab eodem Eusebio adscriptum fuisse.

F. NAU.

Ipsummet textum libri *legum regionum* aliquibus annotationibus locupletare benigne suscepit doctissimus Nöldeke. Notae illae imis paginis referuntur sub littera N. Quatuor tantum hic exscribere praestat :

1° De Vologese Edesseno (*supra* 512-513). *In Iacobi Edesseni Hexaemero videtur designari dialogus huic oppositus in quo philosophus Carrensis contra Vologesem Edessenum Bardesanitam Fatum defendit.* N.

2° De auctore Dialogi (*supra* p. 528). *Nihil obstare puto quin credamus Philippum, Bardesanis discipulum, revera hunc libellum conscripsisse quippe cui magister respondit* « *Philippe* » (infra 548,22; 564,19 et 600,10) *postquam eum per primam, ut dicere solemus, personam grammaticam allocutus est* (infra 548,20; 564,15; 600,1). N.

3° De aetate Dialogi. *Ætas Dialogi circumscribitur anno 196, quo Septimius Severus terram* ܚܕܝܒ *in provinciae Romanae formam redigendam curavit* (infra, 603,25) *et fine imperii Parthorum* (224 vel 226) *de quibus hic adhuc regnantibus agitur* (infra 587,13). N.

4° De titulis subintroductis in Dialogo. *Hae inscriptiones omnes* (v. g. ܢܡܘ̈ܣܐ ܕܣܪ̈ܝܐ, 538,12; ܢܡܘ̈ܣܐ ܕܒܪ̈ܚܡܢܐ ܕܒܗܢܕܘ, 538,27 etc.) *delendae sunt. Ab ipso scriptore non proveniunt, nonnullae plane sunt absurdae.* N. — Has inscriptiones servavimus, sed, utpote recentiori manu adiectas, minusculis characteribus expressimus.

R. G.

ܟܬܒܐ
ܕܢܡܘ̈ܣܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ

LIBER

LEGUM REGIONUM

ܡܢ ܩܕܡ ܝܘ̈ܡܬܐ ܥܠܠܢ ܗܘܝܢ ܠܡܣܥܪ ܠܫܡܫܓܪܡ ܐܚܘܢ: ܘܐܬܐ ܐܫܟܚܢ ܬܡܢ ܒܪܕܝܨܢ. ܘܟܕ ܓܫܗ ܘܚܙܐ ܕܫܦܝܪ ܚܠܝܡ: ܫܐܠܢ ܕܡܢܐ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܝܬܘܢ.. ܫܡܥܬ ܓܝܪ ܩܠܟܘܢ ܡܢ ܠܒܪ ܟܕ ܥܐܠ ܐܢܐ. ܥܝܕ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܐܡܬܝ ܕܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܢ ܕܡܡܠܠܝܢ ܗܘܝܢ ܡܕܡ ܩܕܡ ܩܕܡܘܗܝ: ܕܢܫܐܠܢ ܡܢܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܝܬܘܢ.. ܕܒܗ ܢܡܠܠ ܥܡܢ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܐܡܪܢ ܠܗ: ܐܘܝܕܐ ܠܡ ܗܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܢ: ܕܐܢ ܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܗܘ ܐܒܪܝ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܘܨܒܐ ܒܗܢܐ ܡܕܡ ܕܡܦܩܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܥܒܕ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܐܒܪܝ ܐܢܘܢ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܚܛܘܢ ܠܡܫܟܚܘ: ܐܠܐ ܕܒܟܠܙܒܢ ܕܛܒ ܗܘ ܥܒܕܝܢ.. ܒܗܕܐ ܓܝܪ ܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܐ ܨܒܝܢܗ.

1. Aliquot abhinc diebus ingressi eramus visitandi causa Semasgram fratrem nostrum : cum venit et ibi nos invenit Bardesanes, qui postquam illum tentavit et bene se habentem vidit, nos interrogavit : De quanam re loquebamini, vocem enim vestram dum intrabam foris audivi. Consueverat enim cum nos inveniebat de aliqua re ante eum disserentes nos interrogare : De quanam re loquebamini, ut de ea nobiscum conferret. Nos vero ei diximus : Avida quidem ille nobis dicebat : Si unus est Deus, sicut dixistis, qui et ipse homines creavit volens [vos] id [facere] quod iussi estis facere, quare homines non ita creavit ut peccare non possent, sed in omni tempore quod bonum est facerent. In hoc quidem impleta esset voluntas eius.

Musei Britannici Cod. *Add.* 14.658, f° 129 r° *b*] — Cod. in titulo ponit ܗܘܐ ante ܟܬܒܐ. — 2 ܫܡܫܓܪܡ Cod. (*sic*). Num veram antiquorum Syrorum pronuntiationem reddant hae vocalium notae, dubito. NÖLDEKE.

2. Dicit ei Bardesanes : Dic mihi, fili mi Avida, quid sit in mente tua : aut unus non est omnium Deus, aut unus est et non vult secundum naturam et ordinem homines gubernare?

Avida dicit : Ego, Domine, ab istis aequalibus aetate petivi ut mihi responsum darent.

3. Dicit ei Bardesanes : Si discere cupis, expedit tibi ut discas ab aliquo seniore quam isti, sed si doces, non expedit tibi eos interrogare; eis autem persuadeas ut ipsi te interrogent de quacumque re volunt. Doctores enim interrogati interrogantur, non vero interrogantes interrogant, et si aliquando interrogant, [hoc faciunt] ut mentem interrogantis dirigant, ita ut bene interroget ipse, et sciant quaenam sit eius intentio : opus est enim bonum ut sciat quisque modum interrogandi.

4. Avida dicit : Discere ego cupio; coepi quidem interrogare illos fratres meos quia tui me pudebat. Bardesanes dicit : Speciose locutus es; scito tamen eum qui bene interrogat persuaderi cupiens et qui sine certamine ad viam veritatis accedit, non damnandum esse neque ei esse pudendum, nam oblectamentum affert in his quae dixi illi qui interrogatur. Si ergo, fili, est tibi

ܐܡܪ ܠܗ ܒܪܕܝܨܢ: ܐܡܪ ܠܝ ܒܪܝ ܐܘܝܕܐ: ܡܢܐ ܐܝܬ ܒܬܪܥܝܬܟ: ܕܠܐ ܗܘܐ ܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܟܠ: ܐܘ ܕܚܕ ܗܘ ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܟܐܢܐܝܬ ܘܬܪܝܨܐܝܬ ܢܬܕܒܪܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ.

ܐܘܝܕܐ ܐܡܪ: ܐܢܐ ܡܪܝ ܠܗܠܝܢ ܗܘܐ ܒܢܝ ܫܢܝ ܫܐܠܬ ܕܗܢܘܢ ܢܬܠܘܢܢܝ ܦܬܓܡܐ.

ܐܡܪ ܠܗ ܒܪܕܝܨܢ: ܐܢ ܠܡܐܠܦ ܗܘ ܪܓܝܓܬ: ܡܢ ܡܢ ܕܩܫܝܫ ܗܘ ܡܢܗܘܢ ܥܕܪܐ ܠܟ ܙܕܩܐ ܕܬܐܠܦ: ܘܐܢ ܕܡܠܦ ܠܐ ܡܬܒܥܝܐ ܙܕܩܐ ܕܐܝܬ ܠܡܫܐܠ ܐܢܘܢ: ܐܠܐ ܕܬܦܝܣ ܠܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܢܫܐܠܘܢܟ ܡܕܡ ܕܨܒܝܢ. ܡܠܦܢܐ ܓܝܪ ܡܫܬܐܠܘ ܗܘ ܡܫܬܐܠܝܢ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܐܠܘ ܡܫܐܠܝܢ: ܘܐܡܬܝ ܕܡܫܐܠܝܢ ܕܢܬܪܘܨ ܗܘ ܪܥܝܢܐ ܕܡܫܐܠܢܐ ܕܫܦܝܪ ܢܫܐܠ: ܘܢܕܥܘܢ ܡܢܘ ܨܒܝܢܗ. ܛܒܐ ܗܘ ܓܝܪ ܫܦܝܪܐ ܗܕܐ: ܕܢܕܥ ܐܢܫ ܐܝܟܢܐ ܢܫܐܠ.

ܐܘܝܕܐ ܐܡܪ: ܐܢܐ ܠܡܐܠܦ ܗܘ ܪܓܝܓ ܐܢܐ: ܫܪܝܬ ܕܝܢ ܠܡܫܐܠ ܠܡܫܐܠܘ ܠܗܠܝܢ ܐܚܝ: ܡܛܠ ܕܡܢܟ ܒܗܬ ܐܢܐ. ܒܪܕܝܨܢ ܐܡܪ: ܫܦܝܪܐܝܬ ܡܠܠܬ ܐܝܬ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܕܥ ܕܡܢ ܕܫܦܝܪ ܡܫܐܠ ܡܬܛܦܝܣܘ ܨܒܐ: ܘܕܠܐ ܚܪܝܢܐ ܡܬܩܪܒ ܠܐܘܪܚܐ ܕܫܪܪܐ: ܠܐ ܚܣܝܢ ܠܡܬܚܝܒܘ: ܡܛܠ ܕܡܬܒܣܡܘܬܗ ܡܚܫܒ ܒܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܠܗܘ ܐܢܐ ܕܡܫܬܐܠ. ܐܢ ܗܘ

Mus. Brit. Cod. *Add.* 14.658, f° 129 r° *b* — f° 129 v° *b*] — 4 ܢܬܕܒܪܘܢ] Incipit f° 129 v° *a* — 18 ܗܘ Cod. (*falso*) N. — 25 ܚܣܝܢ] ܚܐܪ proponit N. — 26 ܕܡܬܒܣܡܘܬܗ] Inc. f° 129 v° *b*. — 27 ܕܐܡܪܬ] Lege ܕܐܡܪ N.

aliquid in mente tua de hoc quod interrogasti, id nobis omnibus dicas. Et si nobis etiam placet, tecum communicabimus; si autem nobis non placuerit, necessarium erit nobis ut tibi ostendamus cur nobis non placuerit. Et si hunc sermonem tantum audire cupias, cum de eo in mente tua nihil sit, sicut homo qui nuperrime accessit ad discipulos et qui interrogat recenter, dicam tibi, ut non inaniter te separes a nobis; et si tibi sunt iucunda ea quae de ea re tibi dicam, apud nos sunt etiam tibi alia; si vero iucunda non sunt, nos id quod ad nos spectat sine invidia loquemur.

5. Dicit Avida : Ego etiam valde cupio audire ut persuadeat; hunc enim sermonem ab alio non audivi, sed ex mente mea haec dixi his fratribus meis et mihi persuadere noluerunt, sed dicebant : Crede credendo, et omnia scire poteris, ego vero non possum credere nisi mihi persuasum sit.

6. Dicit Bardesanes : Non unus est Avida qui nolit credere, sed etiam multi; quia fides in eis non est neque possunt persuaderi, sed in omni tempore secedunt et [argumenta] aedificant et inventi sunt orbati omni cognitione veritatis.

Mus. Brit. Cod. *Add.* 14.658, f° 129 v° *b* — f° 130 r° *a*] — 20 ܘܡܗܝܡܢ] Inc. f° 130 r° *a*.

Attamen propterea quod Avida nolit credere ecce ego loquar vobis qui creditis de iis quae inquisivit, et ipse aliquid amplius audiet.

7. Et coepit nobis dicere : Multi sunt homines in quibus fides non est et scientiam e sapientia veritatis non acceperunt. Propter hoc ad dicendum et definiendum sufficientes non sunt, et non facile ad audiendum adducuntur; non enim fundamentum fidei eis est ut super illud aedificetur, et eis spes non est ut super eam sperent; et quia etiam de Deo dubitando dubitant, timor eius etiam non est qui eos eripiat ex omnibus timoribus; ille enim in quo timor Dei non est, obnoxius est omnibus timoribus. Neque enim diversa illa quae non credunt, sciunt quod [illa] recte non credunt; errant in sententiis suis et in eis permanere nequeunt. Insipidus in eorum ore gustus cogitationum eorum, quare in omni tempore timent, commoventur, rebelles fiunt.

8. De hoc quod dicit Avida : Quare Deus non fecit nos ita ut non peccemus nec nos damnemus? Si ita homo factus fuisset, sui compos non esset, sed instrumentum esset illius qui eum agere

ܡܢܗ ܫܒܝܠܐ ܕܫܪܪܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܐܒܝܕܐ ܠܐ ܨܒܐ ܠܡܗܝܡܢܘ: ܗܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܥܠ ܗܠܝܢ ܡܕܡ ܕܫܐܠ: ܘܗܘ ܡܕܡ ܝܬܝܪ ܢܫܡܥ܀

ܘܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܠܢ: ܣܓܝܐܐ ܐܢܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܢܘܢ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܠܝܬ ܒܗܘܢ ܘܝܕܥܬܐ ܡܢ ܚܟܡܬܐ ܕܫܪܪܐ ܠܐ ܩܒܠܘ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܠܡܐܡܪ ܘܠܡܦܣܩܘ ܣܦܩܝܢ: ܘܠܐ ܕܒܢܝܚܐܝܬ ܡܬܦܣܝܢ ܠܡܫܡܥܘ. ܠܐ ܓܝܪ ܫܬܐܣܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܒܢܘܢ ܒܢܝܢܗ: ܘܠܐ ܣܒܪܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܥܠܘܗܝ ܢܣܒܪܘܢ: ܘܡܛܠ ܕܐܦ ܥܠ ܐܠܗܐ ܡܬܦܠܓܘ ܡܬܦܠܓܝܢ: ܐܦ ܠܐ ܕܚܠܬܗ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܕܗܝ ܡܦܨܝܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܕܚܠܬܐ. ܡܢ ܕܕܚܠܬܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܠܝܬ ܒܗ: ܡܫܥܒܕ ܗܘ ܠܟܠܗܝܢ ܕܚܠܬܐ: ܐܦ ܠܐ ܓܝܪ ܗܘ ܡܕܡ ܡܕܡ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܝܕܥܝܢ ܠܗܘܢ ܕܫܦܝܪ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ: ܐܠܐ ܛܥܝܢ ܐܢܘܢ ܒܬܪܥܝܬܗܘܢ ܘܠܡܩܡ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. ܘܦܟܝܗ ܒܦܘܡܗܘܢ ܛܥܡܐ ܕܡܚܫܒܬܗܘܢ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܙܕܥܝܢ ܐܢܘܢ ܘܡܬܙܝܥܝܢ ܘܡܡܪܕܝܢ܀

ܘܐܡܪ ܕܝܢ ܐܒܝܕܐ: ܕܐܝܟܢ ܠܐ ܥܒܕܢ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܢܚܛܐ ܘܢܬܚܝܒ. ܐܠܘ ܗܟܢ ܗܘܐ ܡܬܥܒܕ ܒܪܢܫܐ: ܗܘ ܕܢܦܫܗ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ: ܐܠܐ ܡܐܢܐ ܗܘܐ ܕܗܘ ܡܢ

[1] Apocrypha autem natura constitutionis e fine imprionis eiusdem manifesta est quo decernitur : « Si autem praevaricatus fuerit Patriarcha in suo munere atque iniquum iudi« cium exercuerit (quod Deus avertat) ac perfidus existiterit, si porro Christianus fuerit « rex regionis, ad hunc deferatur causa eius, ut eum accersat et coarguat coram me« tropolitis et episcopis velamine interposito, etsi turpe sit illum iudicari cui con« creditae sunt claves regni caelorum et potestas condonandi peccata : si vero *mundo « Christiano* non fuerit rex, differatur iudicium eius ad adventum Christi Domini iudicis « regum et omnium populorum ». — Haec quidem constitutio demum anno 424 sancita est sub Catholico Dadišo', quo anno ius appellandi a catholico ad « Patres Occidentis » abrogatum est. (O. Braun, *das Buch der Synhados,* Stutgart et Wien, 1900, p. 57.)

tem notabilis pars Patriarcharum istorum vix haberi possunt personae historicae; probata eorum historia demum cum Pâpa incipit. Quo autem tempore Pâpa vixerit et ecclesiam Seleucensem regere inceperit, non constat. Iuxta Amrum septuaginta annos ministravit, qui numerus nimius est, nisi supponatur eum ordinatum esse anno aetatis suae trigesimo et centum annos vixisse; mors eius anno Saporis decimo octavo, scilicet anno 637 Graecorum, accidisse statuitur, qui est annus 326 Christi; proinde patriarchatum inde ab anno 256 obtinuisset[1]. Licet annus initii catholicatus eius incertus sit, multo maiorem probabilitatem prae se fert annus exitus eius, uti mox confirmabitur.

4. De hoc Pâpa Amrus perpauca tradit quae auctoritate historica praedita sint; multo maioris est momenti enarratio Barhebraei, cuius pars potior de aliqua dissensione episcoporum ei subditorum loquitur, cuius narrationes diversissimae apud Syros inveniuntur, quae etiam ad rem nostram pertinent, quatenus in hac seditione episcoporum S. Simeon prima vice ut persona historica occurrit. Verba Barhebraei de catholicatu Pâpae, quae abhinc a relationibus *Libri Turris* prorsus differunt, haec sunt[2] :

ܒܬܪ ܫܚܠܘܦܐ ܦܦܐ.

[illegible]

Post Šahlupham Pâpa.

Hic e regione Persarum oriundus erat et peritus valde utrarumque litterarum syriacarum et persicarum. Et in electione eius dissensio cecidit inter episcopos et praevaluit factio eorum qui eum volebant, et manus eidem imposuit David episcopus Mes-

[1] Barhebraeus initium patriarchatus Pâpae ponit ad annum 577 Graecorum, et eius ministerium annos 69 durasse asserit, Amr contra catholicatum eius ab anno 558-637 computat 79 annos eidem tribuens, at alibi eum anno patriarchatus sui septuagesimo obiisse refert. Manifestum est Barhebraeum initium catholicatus Pâpae ex alio documento hausisse forsitan magis fide digno; si autem supponatur Pâpam ab anno 266-326, proinde sexaginta annis ecclesiae Seleucensi praefuisse, numerus sexagenarius etiam in hac suppositione nimius est.

[2] J. B. Abbeloos et Th. J. Lamy, *Gregorii Barhebraei chronicon ecclesiasticum,* t. III, Lovanii, 1877, pp. 27 sq.

senensis[1] *anno* 577 *Graecorum, et catholicus creatus est Pâpa in synodo 318 (patrum) quae congregata est Nicaeae anno 636 Graecorum, post annum 59 ordinationis suae*[2]. *Quidam asserunt eum in ipsa synodo ordinatum esse, sed falso. Et alii dicunt eum non iisse ad synodum, sed Simeonem Bar Sabbâ'e, discipulum suum, misisse*[3]. *Et post novem annos synodo Nicaena (facta) congregati sunt episcopi orientales et Pâpae multa crimina invexerunt ob turbas quae res ecclesiasticas invaserunt propter negligentiam eius, et etiam macularum turpium accusaverunt eum. Ille autem, cum semet excusare non potuisset de his de quibus reprehendebatur, elevans manum librum Evangelii adorandi in solio coram se positum percussit dicens : Loquere si est in te sermo, quia loquela defecit me. Qua ipsa hora exaruit dextera eius. Et quidam dicunt episcopos cum vidissent quod accidit, eum deposuisse, quia accusatio eorum verificata est. Et alii dicunt eum depositum non esse, eo quod dixissent episcopi : Sufficit ei castigatio divina, quae accidit ei. Et reperiuntur epistolae consolatoriae a S. Iacobo Nisibeno et etiam a S. Ephraem missae ad hunc Pâpam ob amissionem dexterae et increpatio contra episcopos, qui audacter adversus eum procedebant*[4]. *Et quidam dicunt epistolas illas Iosephum Catholicum, cum depositus esset, composuisse*[5]. *Et post unum annum castigationis suae mortuus est. Ministravit vero annis 69. Et obiit in alta senectute. Alii dicunt eum post 12 annos, postquam dextera eius obriguisset obiisse; parum exacte.*

Igitur Barhebraeus initium catholicatus Pâpae ad annum 266 ponit non secus atque Amr, quoad reliqua tamen omnino dissentiunt. Inter res autem, quas Barhebraeus refert de Pâpa, summi momenti est dissensio illa episcoporum ob quam synodus Seleuciae convocata est. Ab hoc autem eventu pendet chronologia recta obitus Pâpae et initium catholicatus S. Simeonis. Quaestio tamen ista perplexa nimis est; duae enim narrationes omnino contrariae eventus huius apud Syros circumferuntur. Quarum antiquior in Actis S. Milis martyris conservata est, quae Pâpam contra disciplinam ecclesiasticam deliquisse refert et episcoporum seditionem prorsus iustam rationabi-

[1] Messene provincia est in parte Mesopotamiae meridionali sita. Duae autem urbes hac voce designantur : Karka-d-Maišan = Σπασίνου χάραξ et Prat Maišan = Bassora; hinc dici nequit cuius urbis antistes fuerit David.

[2] Barhebraeus itaque mortem Papae ad annum 636 + 9 + 1 = 646 Graecorum = 335 ponit, cui conveniunt anni 69 catholicatus eius.

[3] Una cum Šahdoste, ut putat Amr chronicon Maris secutus.

[4] Epistolas e codice Borgiano K. VI transtulit Braun in *Zeitschrift für Katholische Theologie,* t. XVIII, 1894, p. 163 sqq. et p. 546 sqq. Epistolae autem istae in codice illo Pâpae adscribuntur. Etiam St. E. Assemani, *Acta SS. martyrum orientalium et occidentalium,* pars I, Romae, 1748, p. 82, not. 15, mentionem facit recensionis Armenae in Cod. Arab. Vat. XCV exstantis inscriptae : « *De dissensionibus et contradictionibus, quae ex superbia oriuntur* ». Meminit etiam epistolae « *De Ambitione* » inscriptae et, teste codice, a Iacobo Nisibeno ad synodum Seleucensem missae.

[5] Iosephus iste anno 554 synodum habuit, ubi ob multa facinora ab episcopis Nestorianis increpatus et paulo post depositus est. (Braun, *Das Buch der Synhados,* p. 145 sq.)

lemque fuisse statuit. Altera paulo recentior, in actis synodi Mar *Dâdišô'* conservata absoluto Pâpa episcopos accusat eosque plenos spiritus rebellionis et inobedientiae arguit.

5. Verba Actorum S. Milis haec sunt [1] :

ܘܢܚܬ ܗܘܐ ܠܗ ܠܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ ܘܐܫܟܚܗ ܗܘܐ ܒܚܪܝܢܐ ܪܒܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܦܦܐ ܒܪ ܥܓܝ. ܘܚܙܝܗܝ ܗܘܐ ܕܡܬܬܪܝܡ ܗܘܐ ܥܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܐܝܟ ܕܢܕܘܢܘܢܗ: ܘܡܫܬܒܗܪ ܗܘܐ ܐܦ ܥܠ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܡܕܝܢܬܗ. ܘܝܕܥ ܐܡܪܡܪܘܬܐ ܕܓܒܪܐ ܕܥܠܝܗܘܢ ܘܡܦܘܠܬܗ ܕܡܢ ܐܠܗܐ: ܘܩܡ ܒܡܨܥܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܡܢܐ ܡܛܠ ܡܫܬܒܗܪ ܐܢܬ ܘܡܬܬܪܝܡ ܐܢܬ ܥܠ ܐܚ̈ܝܟ ܘܗܕ̈ܡܝܟ: ܘܚܣܡ ܐܢܬ ܒܗܘܢ ܣܪܝܩܐܝܬ ܘܡܣܪܩܐܝܬ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܟܬܝܒ ܕܡܢ ܕܗܘܐ ܒܟܘܢ ܪܝܫܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܥܒܕܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܦܦܐ: ܐܝܬ ܣܟܠܐ ܐܢܬ ܗܠܝܢ ܡܠܦ ܠܝ: ܐܘ ܣܟܠܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܦ ܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܗܠܝܢ. ܡܟܝܠ ܩܪܒ ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܒܬܪܡܠܗ ܣܡܗ ܥܠ ܒܣܬܪܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܢ ܡܢܝ ܕܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܠܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܠܡܐܠܦ ܕܘܢ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܢ ܕܣܝܡ ܠܘܩܒܠ ܥܝ̈ܢܝܟ ܒܪ̈ܝܬܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܚܙܝܐ ܠܟ ܦܘܩܕܢܗ ܒܥܝ̈ܢܝܟ ܟܣܝ̈ܬܐ ܕܪܥܝܢܟ. ܦܦܐ ܕܝܢ ܗܪܟܐ ܡܢ ܚܡܬܐ ܒܝܫܬܐ ܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܒܪܘܓܙܗ ܘܡܚܝܗܝ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܟܕ ܐܡܪ: ܡܠܠ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܡܠܠ. ܘܐܬܬܙܝܥ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܪܗܛ ܘܫܩܠ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܢܫܩܗ ܘܣܡܗ ܥܠ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ ܠܥܘܡܪܐ ܟܠܗ ܕܫܡܥ ܗܘܐ: ܡܛܠ ܕܐܡܪܚܬ ܒܫܘܒܗܪܟ ܥܠ ܡܠ̈ܘܗܝ ܚܝ̈ܐ ܕܡܪܢ: ܗܐ ܡܠܐܟܗ ܐܬܐ ܘܡܚܐ ܠܦܠܓܗ ܕܦܓܪܟ ܘܡܘܒܫ ܠܗ ܘܬܗܘܐ ܠܕܚܠܬܐ ܘܠܪܗܒܬܐ ܠܣܓܝܐܐ ܘܠܐ ܬܡܘܬ ܡܚܕܐ. ܐܠܐ ܬܦܘܫ ܠܐܬܐ ܘܠܬܕܡܘܪܬܐ. ܘܡܚܕܐ ܢܚܬ ܡܠܐܟܐ ܐܝܟ ܒܪܩܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܚܝܗܝ ܘܐܘܒܫ ܦܠܓܗ ܘܢܦܠ ܗܘܐ ܥܠ ܚܕ ܓܒܗ ܒܫܘܢܕܐ ܕܠܐ ܡܬܡܠܠ ܫܢܝ̈ܢ ܬܪ̈ܬܥܣܪܐ ܘܒܗܝ ܐܘܠܨܢܐ ܡܝܬ: ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܘܙܘܥܐ ܒܟܠܗ ܥܘܡܪܐ ܗܘ.

Et descendit[2] *in provinciam Aramaeorum et incidit in dissensionem maximam episcopi Seléuciae et Ctesiphontis, qui appellabatur Pápa bar 'Aggai. Et vidit hunc se extollentem in episcopos locorum [diversorum], qui ibidem velut ad eum iudicandum congregati erant. Et efferebatur etiam contra presbyteros et diaconos urbis suae. Et cognovit elationem hominis in eos et casum eiusdem a Deo. Et stans in medio ait ei : Quare tu insolenter extollis teipsum super fratres et membra tua? et eos invidia prosequeris sine causa et inaniter, velut homo atheus? Nonne sic scriptum est*[3] *: Qui est inter vos caput, sit vobis servus? Ait ei Papa : Tu, o stolide, haec me doces? Nonne et ego novi haec?*

Et illico accessit [Miles] et Evangelium, quod in pera sua habuit, supra pulvinar ponens dixit ei : Si non vis a me utpote a homine discere, iudicare itaque ex Evangelio Domini quod coram oculis tuis creatis positum est, quia non vides praeceptum eius oculis occultis mentis tuae. Pápa autem hic prae furore pessimo elevans manum in ira sua percussit Evangelium dicens : Loquere Evangelium, loquere. Et commotus S. Miles accurrit et tulit Evangelium et osculato eo posuit super oculos suos et voce alta dixit toto coetu audiente : Quoniam prae superbia tua audacter tractasti verba viva Dñi, ecce venit angelus eius et percutiet dimidium [corporis] tui et arefaciet illud, erisque timori et terrori multis et non morieris statim, sed manebis in signum et in miraculum. Et illico descendit [angelus] ad instar fulguris de caelo et percusso arefecit dimidium eius, ceciditque in unum latus cum cruciatu inenarrabili annos duodecim et in hac tribulatione mortuus est. Et timor et commotio facta est in toto illo coetu.

[1] P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. II, Lipsiae, 1891 p. 266 sq.

[2] Scilicet : redux ex Aegypto, ubi anachoretas visitabat.

[3] Marc. xx, 27. Citatum hac in forma invenimus in *Libro Graduum*, ubi totum sic legitur : ܡ̈ܠܟܝ ܥܡ̈ܡܐ ܡܪ̈ܘܬܗܘܢ ܐܢܘܢ ... ܡܢ ܕܗܘܐ ܠܟܘܢ ܪܝܫܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܥܒܕܐ « *Reges gentium domini sunt eorum... qui est vobis caput, servus sit vobis* ».

Acta igitur S. Milis non loquuntur de negligentia simplici Papae, sed de summa eius perversitate atque elatione. Scenam etiam percussi Evangelii aliter describunt; nam verba Papae : « loquere Evangelium, loquere » illudentis sunt, apud Barhebraeum vero exacerbationis speciem prae se ferunt. Licet inferius ostendamus collectionem ab Assemani editam atque ab eo Marutae attributam iam etiam ante Iezdegerdem (consequenter ante annum 399) scriptam esse, simul ostendemus auctorem eiusdem nec hominem serium, nec bene informatum de rebus a se traditis fuisse. Acta imprimis Milis multa fabulosa continent atque carent dato solito anni martyrii; probabile est ea collectioni Actorum ex alia quadam collectione minore inserta fuisse, quae acta tria continuisse videtur : 1) Milis, 2) Baršabiae, 3) Danielis et Wardae, quae in eo conveniunt quod annos mortis martyrum horum eodem modo numerent, Miles scilicet nullum datum habet, Baršabia « eodem tempore quo S. Miles occisus est », Daniel vero annis duobus post Milem passus esse dicitur, omniaque tria martyria in Perside interiore eveniunt. Hinc probabile videtur Acta Milis in Perside a quodam exarata esse, qui historiam synodi Seleucensis ad mentem, uti videbimus, episcoporum persarum corruptam memoriae mandavit.

6. Longe aliter tradit rem Agapetus episcopus urbis Bet Lapat in suo sermone ad Mar Dâdišo' Catholicum habito, quando episcopi orientales in *Markabta-d-Tayyaye* congregati catholico, qui dissensionum ecclesiasticarum pertaesus se a munere abdicare voluit, persuadebant ne se derelinqueret. Dâdišô' nempe calumniis suffraganeorum suorum circumventus a rege in carcerem detrusus est, ubi multas aerumnas et flagella quoque pertulit et demum pace cum Romanis inita, anno 422, ut putat Braun[1], restitutus est, atque anno quarto Bahram regis (424) synodo in Markabta-d-Tayyaye indicta munus suum abdicare atque in monasterium in monte Kardu situm secedere voluit. Hoc episcopi impedire cupientes eum orabant, ut immemor iniuriarum in suo munere perseveraret. Ad hunc finem quoque obtinendum Agapetus Bet-Lapetensis episcopus sermone longo calumnias Dâdišo' illatas refutabat; atque facta similia tempore Pâpae, Isaaci, Ia^{b}ballahae gesta in memoriam synodus revocans concludit : eos, qui semet catholico opposuere atque ad patres Occidentis appellavere, viros fuisse scelestos, qui a patribus Occidentis depositione digni inventi sunt; unde inferre sategit : ius appellandi abusivum a Catholico ad patres Occidentis abrogandum esse et male gesta eiusdem judicio Christi iusto relinquenda; quod etiam synodus decrevit, atque tali ratione separationi a communitate Occidentis viam praeparavit.

[1] Vide Braun, *op. cit.*, p. 44-50.

Sermonem igitur Agapeti ad causam Pâpae pertinentem e cod. parisiensi Bibl. Nat. Syriaco 332 fol 30 v° exscriptum adiicimus. Postquam enim Mar Dâdîšô' sermone longiore calumnias sibi illatas repetiisset atque episcopos rogasset, ne sibi miseriarum pertaesum ulterius molesti essent :

[illegible]

[illegible]

Tunc surrexit Agapetus episcopus et rogavit principem et caput episcoporum et moderatorem totius Orientis, ut sibi loqui permitteret coram se atque ut etiam litteras praeceptorias legeret, quae de tempore ad tempus a moderatoribus occidentis ad patres nostros antiquos missae sunt et ultimo eas, diebus Mâr Isaaci et Mâr Ia^h^ballahae catholici. Et cum Mâr Dadišo' Catholicus Agapeto permisisset, legit epistolas.

Postea orationem continuabat de perturbationibus antiquis e quibus persecutiones pullularunt contra ecclesias, praecipue ab episcopis insolentibus et inobedientibus, quibus ob foedos eorum mores censura fortis applicata est a sancto, glorioso pontifice maximo, fideli Mâr Pâpa Catholico tunc temporis, quando abierunt ad Mâr Miles et ad episcopos praestantissimos ad instar eius et perturbaverunt mentes eorum et ignari propter simplicitatem suam zelo inani ab eis attracti sunt; et quidam insolentium accusatores, alii testes erant, et Mâr Miles praestantesque uti ipse, iudicum instar, resolutionem et depositionem in Mâr Papâm fecerunt[1]. *Et Mâr Pâpa quoque videns*

[1] Braun, *op. cit.* aliter : « Mâr Miles aber und die Guten wie er, nahmen als Richter

iustitiam e coetu secessisse, iniquitatem in praestantibus et iniquis[1] *successum habuisse et veritatem ab insolentibus et electis simul recessisse vidensque Evangelium in medio positum atque nullam dari ultionem iustam inter se et coetum, furore maximo inflammatus, percussit Evangelium dicens ei : « Loquere, loquere Evangelium » perinde ac si [dicere voluisset]*[2] *: quare ut iudex poneris in medio et videns veritatem secessisse ab episcopis rectis simul et perversis tu taces absque iusta ultione. Et quia haud cum timore et iusto modo*[3] *appropinquavit ad Evangelium, nec velut qui refugium quaerit, manum ei imposuit, illico recepit ictum iudicii in corpore suo Már Pápa, quo magis adhuc fides praestabatur episcopis quoad omnia capita et accusationes iniquas et iniustas et iniuriosas*[4]*, quas de Már Pápa insolentes episcopi conscripserunt, velut de malefactore historiunculas componentes et in multis exemplaribus in diversis locis divulgari curaverunt.*

Et postea cum hoc a patribus occidentalibus auditum esset et inquisitione exacta fraudulentia insolentium revelata et nequitia eorum detecta esset et omnes episcopi insolentes reiecti et depositi essent, quorum quidam accusatores, quidam testes agebant : episcopos praestantes qui in illo coetu contra Már Pápa habito aderant, quoniam alii eorum martyrio bono ex hoc mundo abierunt, alii cum fama bona vita functi sunt : etiam viventes reliquerunt, non quidem ob eorum agendi rationem : sed quoniam rescitum est eosdem valde rudes simplicesque fuisse; quam ob causam perversi eo magis potuere eos in errorem inducere, ut in nomine praestantiae eorum, insolentes voluntatem suam malevolam contra (?)[5] *patriarcham implerent. Et timor, quem timuere, ne forte eos a gradibus suis deponat, supervenit eis a patribus nostris occidentalibus : et reiecti, depositi eiectique sunt absque misericordia, et quodcunque contra Már Pápam gestum est resciderunt et abrogaverunt Patres. Et ob mores eius praeclaros et zelum fervidum, quo cum Dei timore omnibus praedecessoribus suis solertius festinabat et tali ratione a coetu retributus est, quem discipuli eius contra ipsum fecerunt absque potestate : praeceperunt Patres, « ut Már Pápa in libro vitae*[6] *ante reliquos annuntiaretur et omnes decessores eius post eum praedicarentur. Et etiam Már Simeon, qui tempore constuprationis principatus pro Már Pápa nominatus est, scientes eum virum Dei excellentem esse et ad hoc vi compulsum esse : sit Achidiaconus Már Pápae et ministret coram eo cum caritate et Dei timore; et quando Már Pápa ad Dominum suum ex hoc mundo abierit, permittitur a nobis Már Simeoni sedere in throno Már Pápae et tenere iurisdictionem patriarchalem ».*

deren Zegnisse an und obwol sie Kein Recht dazu hatten, setzten sie als Richter den Mar Papa ab ».

[1] Braun, *ibid.* : « dąss das Böse über Gute und Böse gesiegt » (ܠܡܬܥܠܝܢܘܬܐ ܡܣܟܠܐ sed propter parallelismum numerus pluralis retinendus est; in sequenti membro enim ܡܬܝܬܪܐ ܘܡܬܥܠܝܢܐ ad episcopos pertinent).

[2] Braun, *ibid.* ܐܡܪ ܗܘܐ non translulit; forsitan deest in cod. Borgiano.

[3] Braun, *ibid.* Demut pro ܒܡܬܢܟܦܘܬܐ.

[4] Braun, *ibid.* : « alle verläumderischen und unterdrückenden Anklagen » (omittere videtur ܬܢܟܝܐ ܕܟܐܘܢ et ܕܢܟܝܐ).

[5] Vox in codice e parte illegibilis; Braun : « ihren bösen Willen gegen den Patriarchen in Werk setzen zu können ».

[6] Scilicet in Diptychis, ut transfert Braun.

Ex his Agapeti verbis haec deducuntur : Mar Pâpa aliquos suffraganeorum suorum censura ecclesiastica coercere voluit. Hi igitur, ut poenas sibi infligendas effugerent, litteras diffamatorias contra eum composuerunt et longe lateque divulgarunt. Praeterea quosdam episcoporum bonorum contra Pâpam excitarunt, perinde ac si se contra suffraganeos suos extolleret eosque contra ius et fas tractaret. His itaque agentibus Synodus Seleuciae indicta est, uti Acta S. Milis referunt, ubi Pâpa a S. Mile vehementer increpatus est; cum vero Miles ad sententias suas probandas Evangelium invocasset, exacerbatus Pâpa codicem Evangelii sacri percussit et in hac commotione vehementissima paralysi perculsus est, quod inimici eius ultioni divinae tribuentes miserum eo magis diffamavere[1]. An interventio « Patrum Occidentis » de qua Agapetus loquitur patres in synodo Nicaena congregatos designet, erui nequit; nam Agapetus simili modo loquitur de missione Marutae, qui ab imperatore Theodosio nulla interveniente synodo ad similes difficultates componendas deputatus est.

Alia difficultas in eo sita est quod nescitur, utrum episcopi, quos Pâpa punire voluit, Archiepiscopatui Seleucensi subordinati fuerint, an vero ad provinciam Huzitidem pertinuerint; ab hoc autem pendet quaestio an Pâpa iam tunc iurisdictionem primatialem exercuerit. Liquet enim eum, ut metropolitam, ius ad solos suffraganeos suos censura coercendos habuisse; si proinde alios episcopos quoque punivisset, aut dici deberet Seleuciam solam metropolitanam fuisse sedem, aut supponendum esset eum iam ante synodum Niceanam potestatem primatialem exercuisse eadem ratione qua exarchae in ditione romana. Cum porro iuxta canones pseudonicaenos, quorum auctoritas facile sperni nequit, catholicatus dignitas metropoli Seleucensi adtributa ab hac synodo Nicaena derivetur, haud facile intelligitur, qua ratione episcopi immediate post synodum auctoritatem primatialem Pâpae agressi sint[2]; multo probabilius est Pâpam, qui teste Abdišo' quatuor archiepiscopatus creavit, iam ante synodum exarcham egisse et in hac qualitate episcopos sibi rebelles compescere voluisse, qui cum relatio subordinationis sedium suarum nulla adhuc auctoritate definita fuisset, se eidem facillime opponere potuerunt.

[1] Descriptio eventus huius quae partium studium spirat legitur etiam in Vita s. Eugenii (P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. III, Lipsiae, 1893, p. 433), quae tamen multo recentior est, quam Acta S. Milis.

[2] Barhebraeus, ut vidimus, synodum illam anno post Nicaenam habitam esse statuit, hoc tamen nihil probat, nam Barhebraeus annos catholicatus Pâpae ab anno 266 numerat et apoplexiam eius unum annum durasse statuit; ut consequenter synodus illa anno 335 ex mente eius celebrata sit.

Hoc idem suadet chronologicus ordo eventuum. Simeon enim anno 344 mortuus est et ecclesiam Seleucensem iuxta Amrum 18 annos rexit : id est ab anno 326, qui primus annus est post synodum Nicaenam; hoc etiam Barhebraeus commendat, qui eum post paralysim unum annum vixisse asserit et annos duodecim tribulationis in Actis S. Milis statutos ut minus exactos reiicit.

Si autem haec ita se habeant, probabile est synodum contra Pâpam sub finem anni 324 convocatam esse et causam anno sequenti a Patribus Nicaenis definitam et dignitatem catholicatus sedis Seleucensis auctoritate synodi statutam attributamque, quo ipso anno Simeon bar Sabbâ'e coadiutor Pâpae in pontificalibus nominatus est cum iure successionis.

Bar Hebraeus contra de Pâpae negligentia sermocinatur, cui etiam Mares assentitur, inter crimina Pâpae obiecta memorans eum plures episcopos uni eidemque loco praeposuisse [1]. Res saltem quoad sedem Bet Lapatensem certa est; nam MS_2 (ab initio) duos episcopos eiusdem civitatis una cum S. Simeone occisos narrat : Gadiabum ܓܕܝܗܒ (Gdaya^{h}b?) et Sabianam ܣܒܝܢܐ seu ܣܒܝܢܐ (Sabina?); et idem observatur in synodo Mar Isaaci, quando haec subscriptiones trium conmetropolitarum Bet Lapatensium accipere et ratas habere noluit rationem eam assignans, quod Synodus non accipit duos vel plures episcopos in una civitate habitantes [2]. An praxis haec abusiva a Mar Pâpa introducta fuerit, pariter incertum est, etsi facillime intelligeretur; hac videlicet ratione Pâpa facile praepedire potuisset ne episcopi Huzitidis sibi praevalerent, iuxta adagium : « divide et impera ». Agapetus ipse, qui tanto zelo praerogativas Mar Dadišô', defendebat, a Synodo Isaaci ob arrogantiam reprehenditur, et una cum Marê (Bar Sabta aliisque) ambitiosi conatus primatus arripiendi accusatur [3].

7. Itaque S. Simeon coadiutor Pâpae anno probabiliter 325 a synodo Nicaena agnitus est et anno sequenti eidem successit. De rebus ab eo gestis usque ad mortem eius heroicam nihil fide dignum a Syris traditur; ex operibus Aphraatis concludendum rixas et discordias inter episcopos ditioni Saporis subditos minime cessasse, et valde probabile est easdem occasionem persecutionibus Saporis dedisse. Homilia, vel potius epistola encyclica XIV Aphraatis anno 344 mense februario exarata sat aperte alludit ad « principes » quorum aliquis cum a sua provincia non reciperetur, reges alios procul distantes adiit, catenas vinculaque ab eis expostulans, quae in regionem et civitatem suam distribuit (n. 8). De quonam eventu hic agatur erui nequit, « regum distantium » mentio alludere videtur ad Saporem, cuius interventio

[1] Gismondi, *op. cit.*, pag. ܠ et pag. 7.
[2] Braun, *op. cit.*, p. 31.
[3] *Ibid.* p. 28 sq.

in aliqua causa ecclesiastica postulabatur; loci quoque alii, quos in capite tertio introductionis collegimus, turbulentissimum statum ecclesiae Orientis ante martyrium Simeonis supponunt; iure igitur concludit Agapetus persecutiones ex inobedientia episcoporum adversus Catholicum ortas esse qui, quandocunque eidem resistere volebant, adiutorio brachii saecularis utebantur et tali ratione non solum religionem Christianam contemptui exposuerunt, sed etiam regibus ansam dederunt ut se incompetenter in res ecclesiasticas immiscerent. Quod ad exordium persecutionis attinet, quaestiones circa causam et tempus earundem in capite tertio discussimus.

Etiam notandum est, iuxta Barhebraeum, S. Simeonem instituisse, *ut duobus choris orationes fierent in ecclesiis orientalibus, quemadmodum in Occidente a tempore Ignatii igniti, discipuli Ioannis evangelistae Zebedaei filii, fuerat institutum. Decrevit praeterea, ut non ex libro sed memoriter clerici in officiis psalmos Davidis recitarent*[1].

S. Ignatium instituisse psalmodiam in choros duos divisam tradit quoque Socrates (VI, 8), Theodoretus contra (*Hist.*, II, 19) hunc canendi modum Antiochiae a Flaviano et Diodoro repetit vivente Constantio imperatore. Forsitan hunc canendi modum designat S. Augustinus *Conf.*, IX, 7, verbis : « Tunc hymni ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret, institutum est » (scilicet Mediolani, quando S. Ambrosium Iustina, Valentiniani regis mater, persequebatur).

Mentio fit S. Simeonis in Actis martyrum *Tûr Br'ain*[2] a Rabban Gabriele monacho[3] monasterii Bet 'Abê compositis, ubi narratur Saporem regem Guštazad *electum* cum aliis septem cursoribus[4] misisse, qui Sultan Mahduk ܫܘܠܛܢ ܡܗܕܘܟ filiam reguli Pûlâr ܦܘܠܪ Dursas ܕܘܪܣܣ regionis sibi matrimonio iungendam adducerent. Cum autem Sancta, quae una cum fratribus duobus in caverna quadam latitabat, Guštazadem sequi recusasset, Guštazad vi eam abducere conatur, sed mirabiliter impeditur atque per intercessionem Sanctae e morbo

[1] ܗܘ ܠܡܥܢܝܘ ܕܒܬܪ̈ܝܢ ܓܘ̈ܕܝܢ ܢܗܘ̈ܝܢ ܨܠܘ̈ܬܐ ܒܥܕ̈ܬܐ ܡܕܢܚ̈ܝܬܐ ܐܝܟ ܕܒܡܥܪܒܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܢܘܪܢܝܐ ܬܠܡܝܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܒܪ ܙܒܕܝ. ܗܘܐ ܡܬܩܢ ܘܐܦ ܦܩܕ ܕܠܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܐܠܐ ܡܢ ܦܘܡܐ ܢܩܪܘܢ ܩܠܝܪ̈ܝܩܐ ܒܬܫܡ̈ܫܬܐ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ. Psalmodiam alternatis choris instituisse S. Ignatium docet etiam Bar Salibi, qui in Comm. ad M. XVIII, 10 (Hunt. 297 f. 169ᵛ) de puero a Domino in medio discipulorum posito refert : ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܐܝܓܢܐܛܝܘܣ Alii ܢܘܪܢܝܐ ܗܘܐ ܗܘ ܛܠܝܐ. ܗܘ ܕܐܦ ܒܬܪܟܢ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܗܘ ܚܙܐ ܡܠܐܟ̈ܐ ܒܬܪ̈ܝܢ ܓܘ̈ܕܝܢ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܫܠܡܗ ܠܥܕܬܐ autem dicunt Ignatium ignitum fuisse puerum illum, qui etiam postea patriarcha factus est Antiochiae et ipse vidit angelos in duobus choris psallentes, quod et in ecclesia docuit fieri. Similia narrat Mares (Gismondi, *op. cit.*, p. ٨ et p. 6).

[2] De situ montis cfr. Hoffmann, *Auszüge aus syrischen Acten pers. Märtyrer*, Leipzig, 1880, p. 15.

[3] Budge, *The Book of the Governors*, London, 1893, II, 213; P. Bedjan, *Liber Superiorum*, Lipsiae, 1901, p. 95.

[4] Hoffmann, *op. cit.*, p. 14, nota 95 ܦܣܣܣܝܢ scribit.

podagrae[1] sanatus in Christum credere incipit atque a sancta Sultan Madhuk fratribusque eius ad « *Mar Simeonem bar Sabba'e summum pontificem orientis* » mittitur, a quo rudimenta fidei edoctus baptizatur. Narratio haec repugnat cum MS_1, et MS_2, in quibus Guštazad[2] inde a iuventute christianus fuisse dicitur.

8. S. Simeonem rei litterariae quoque operam dedisse refert 'Abdisô' in catalogo auctorum[3] dicens :

ܡܫܡܠܝܢ ܕܝܢ ܣܝܡܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܝܘܢܝ̈ܐ : ܫܪܝܢܢ ܠܡܣܡ ܣܝ̈ܡܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ.
ܠܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒ̈ܥܐ ܐܝܬ ܐܓܪ̈ܬܐ ܘܡܪܝ ܐܩܩ.

Postquam ordinavimus compositiones Patrum Graecorum, incipimus ordinare opera Patrum Syrorum.

Simeon Bar Sabba'e habet epistolas et Mar Akak.

Quasnam *epistolas* 'Abdisô' in mente habuerit prorsus ignoratur, nullae enim ad notitiam nostram pervenerunt nisi « responsa » in Actis eiusdem exhibita ad Saporem missa. Alia tamen quaestio est an responsa illa 'Abdisô' intelligat verbo « epistolarum ». Rei examinandae supersedemus cum liquida non sit. Codex Vat. Syr. 83, fol. 437, relata commemoratione S. Simeonis addit : ܐܡܪܝܢ ܕܡܢܗ ܐܬܐܡܪ̈ܝ ܥܘܢܝ̈ܬܐ ܗܠܝܢ : ܝܕܥ ܡܚܫ̈ܒܬܐ: ܘܐܦ ܫܠܚܬܘܢ.

Dicunt ab eo dictos esse hymnos responsoriales hosce : 1. *Qui nosti cogitationes*. 2. *Etiamsi exuistis*. In Breviario Chaldaico a P. Bedjan edito (Parisiis, 1886 sq.) tomo II, pag. ܟܡ revera invenitur ܥܘܢܝܬܐ cum initio supra indicato quod in fine sub littera ܒ posuimus; Metro carminis huius correspondent variationes III, ܡܐ I. (Bedjan, 13).

Operae pretium existimavimus addere duas melodias orientales « variationis » istius. Melodias utrasque iam pridem edidit D. J. Parisot[4]; nos autem utramque melodiam secundum notationem cantus ecclesiastici uno conspectu infra disposuimus et textum Melodiae Urumiensis praecinente Iacobo Babakhan qui et ipse coram D. J. Parisot melodiam cantaverat exactius disposuimus[5]. Textus syriacus e Breviario Chaldaico p. 13* desumptus est.


[1] ܦܕܓܪܐ.

[2] Guštazadis nomen Hoffmann e persico *vahištazad* derivat; cum quo convenit Theophanes Οὐσταζάδης scribens et codex Fuketianus Sozomeni. Alius Guštazad occurrit inter martyres qui in provincia Adiabenes ab Ardašir fratre Saporis occidi iussi sunt. Guštazad iste pariter eunuchus erat et a sacerdote quodam apostata *Wartaran* (ܘܪܬܪܢ) appellato obtruncatus est. (S. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 100; Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 287.)

[3] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, Romae, 1719-1728, t. III, pars I, p. 51.

[4] J. Parisot, *Rapport sur une mission scientifique en Turquie d'Asie*, Paris, 1899, n. 335 et 347 (Extraits des *Nouvelles archives des missions scientifiques*).

[5] In ܐܫܬܠܚܬܘܢ ܠܒܫ syllaba quoque ܬܘ computanda est, uti hoc patet ex melodia Variationis III, Toni primi, quam exhibet Parisot in opere citato, *ib.*



Alter hymnus in codice Vaticano indicatus invenitur in Breviario Chaldaico (Ed. Bedjan) t. III, pag. 16, quem in fine sub littera ܝ exhibemus.

Alter hymnus nulla prodit vestigia structurae metricae, ceterum prorsus dubium est, an S. Simeon re vera auctor sit hymnorum istorum; codex enim, qui eos S. Simeoni adscribit, recentior est, unde caret auctoritate, et attributio ipsa, non ut res certa, sed ut opinio mera refertur.

Hymnus, quem sub littera ι exhibemus, solus est, qui aliqua probabilitate S. Simeoni adscribi possit. Textus hymni e codice Musaei Britannici Rich. 7.156 fol. 166ᵛ desumptus est [1] et inscriptione teste in completorio dicendus, quando « mysteria » non celebrantur. Exstat etiam in codice Cantabrigiensi Add. 1.966 fol. 178ᵛ [2] et in unico codice Berolinensi omnino recenti [3].

Etiam Mari narrat S. Simeonem sectiones interposuisse iaculatoriis (ܡܙܡܘܪ̈ܬܐ) canticis (ܩ̈ܠܐ) et responsoriis (ܥܘ̈ܢܝܬܐ) (Gismondi, *op. cit.*, pag. 4 et 15). Merito tamen dubitandum est Syrios breviaria, quae tantum evolutionis gradum proderent, tunc temporis habuisse.

Praeter hymnos, quos recensuimus, adscribitur S. Simeoni opus pseudoepigraphum « Liber Patrum » ܟܬܒܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ amico Agur dedicatum de hierarchia caelesti et terrestri et de officiis diversis ecclesiasticis. Opus hoc spurium figmentum recentius est [4].

[1] Ex hoc codice hausta est editio Hymni ab *Overbeck* facta in opere : *Ephraemi Syri, Rabulae episcopi Edessemi, Balaei aliorumque opera selecta,* Oxonii, 1865, p. 424.

[2] *A Catalogue of the Syriac Manuscripts, preserved in the Library of the University of Cambridge,* by the late W. Wright with an introduction and appendix by St. A. Cook, Cambridge, 1901.

[3] Sachau, *Verzeichniss der Syrischen Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Berlin,* 1899, p. 126.

[4] Cfr. Cook, *op. cit.;* Sachau, *op. cit.,* p. 360. Praesertim J. Parisot, *Le livre des Pères* (La Science catholique, n. 5 et 6, Parisiis, 1890).

CAPUT SECUNDUM

DE ARGUMENTO ET MUTUA RELATIONE RECENSIONUM AMBARUM ACTORUM S. SIMEONIS

1. Assemani sententia de relatione mutua Actorum amborum. — 2. Quis sit auctor collectionis antiquioris ab Assemani editae. — 3. Ambitus collectionis ex epilogo Actorum S. 'Aḳḳebšmae statuitur. — 4. Quid fuerit exordium collectionis martyriorum. — 5. De inscriptione Actorum S. Simeonis. — 6. De oratione panegyrica in laudem Martyrum a Bedjan edita. — 7. Quaenam fuerit antiquior ambarum recensionum. — 8. Quo tempore fuerit conscripta recensio iunior Actorum S. Simeonis. — 9. Summarium.

Ut initium episcopatus S. Simeonis ex mente Syrorum eventus maximi momenti factus est dignitate catholicatus instituta primatuque episcopo Seleuciae collato, sic et exitus viri sanctissimi summi est momenti; initium enim erat persecutionis crudelis longaeque a *Sapore* Persarum rege, suscitatae, sub cuius principio quidem pastores et fideles certatim zeli et fortitudinis exempla heroica exhibuere, et sub cuius fine ad persecutiones evitandas ecclesia, uti dicunt, nationali fundata et haeresi Nestoriana introducta ab unitate fidei, defecere. Quare operae pretium est documenta eventus tanti momenti exhibere et eorum mutuum nexum et originem accuratius investigare.

1. Martyria S. Simeonis syriaca in duabus exstant recensionibus perantiquis, quarum primam *Assemani*[1] alteram autem Bedjan[2] prius ediderunt. Nexum autem relationemque martyriorum horum nemo adhuc exacte inquisivit, quare haud mirum opiniones falsas hac de re circumferri. Assemani eiusmodi proposuit de re ista iudicium[3] :

Id autem oneris (scilicet editionis instituendae) ne inconsulto nobis aut imponeremus, diu multumque deliberavimus, cuinam potissimum ex innumeris, qui offerebantur codicibus operam impenderemus. Re mature perpensa duos tandem Nitrienses Codices, inter Vaticanos Syriacos num. I et II notatos, chaldaicis, seu Estrangelis ut vocant, hoc est στρογγύλοις, *sive rotundis vetustissimisque Syrorum characteribus exaratos, delegimus, qui rerum descriptarum novitate utilissimi*

[1] St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 10.

[2] *Ibid.* t. II, p. 131.

[3] Praef. gen., p. XXXVI.

quum essent, narrationis etiam candore et ingenuitate maximam fidem facere videbantur. Porro quod attinet ad historiae germanitatem, quae duobus hisce Codicibus continebantur, unde materiam omnem ad Volumina haec instruenda depromsimus : neminem unum hanc ipsam versionem nostram visurum putamus, quin protinus integerrimae et castigatissimae narrationis colores omnes deprehendat; vetustatem vero Codicum inde arguat..., quod characteris forma, atque apices et aliae, quae plurimae suppetunt coniecturae ducentorum septuaginta supra mille annorum aetatem manifestissime oleant. Id unum, quod hic percommode cadit, te monitum volumus, ipsam, quae in hoc Codice primo occurrit admirabilem S. Simeonis Stylitae vitam, anno Antiochenorum quingentesimo vigesimo primo, die decima septima Aprilis feria quarta exaratam legi in Epigraphe ad eius calcem eadem manu adiecta, quam integram suo loco dabimus. Atqui Epocham Antiochenam quadraginta septem annis vulgarem Christi Aeram antevertere res est omnibus patentissima, nemo propterea inficias ibit, Codicem, de quo agimus anno a Partu Virginis 474 a Simeonis vero Stylitae obitu 7 fuisse conscriptum... Alterum vero Codicem, ubi praeter acta Martyrum in priori descripta aliae vitae inseruntur, quique plura insuper additamenta continet, genuinis martyrum Actis ab amanuensi facta, ut legenti constabit, quamquam non adeo longaevum ac pervetustum esse facile intelligamus, trecentis tamen admodum annis priori posteriorem esse characteres ipsi apertissime commonent.

Alter codex, plura « additamenta » ab amanuensi facta continens, est Codex Syriacus Bibl. Vaticanae 161, qui a priore, antiquissimo — Codice Syriaco Bibl. Vat. 160 — eatenus differt, quatenus praeter Acta in codice antiquiore contenta orationem panegyricam in laudes Martyrum exhibet et martyrium S. Simeonis in recensione alia ab illa, quam in Codice Vat. Syr. 160 legimus, habet. Martyria vero reliqua in utroque codice eadem fere sunt. Collectio autem tota in codice utroque contenta — praeter orationem panegyricam utique et martyrium S. Simeonis — manifeste unius viri opus est. Hoc probat chronologia martyriorum, quae iuxta annos « persecutionis » numerantur, styli similitudo, narratio rhetorica evagationibus oratoriis saepissime pertexta, atque epilogus collectionis post Acta 'Akkebšmae positus, qui totam collectionem sub ratione unitatis considerat eamque ut opus unius viri supponit. Haec quidem hoc loco innuere sufficit, singula inferius exponentur; si autem res ita se habeat, ultro oritur quaestio, quis fuerit auctor collectionis, quaenam in ea martyria contenta fuerint? Secunda imprimis quaestio pro nostra re maximi momenti est; ab hac enim altera pendet, quodnam Martyriorum duorum S. Simeonis pars integralis collectionis fuerit, unde etiam tempus, quo martyrium hoc conscriptum est, erui poterit, ex indiciis nimirum chronologicis in aliis collectionis partibus contentis.

2. ʿAbdišôʿ episcopus Sobensis refert Marutham episcopum Maiphercatensem « librum martyriorum » composuisse. Dicit enim.

ܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܘܐܣܝܐ ܡܗܝܪܐ ܣܝܡ ܟܬܒܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܘܥܢܝܬܐ ܘܩܠܐ ܕܣܗܕܐ

Marutha episcopus Maipherkatensis et medicus peritus composuit librum martyrium et odas et hymnos martyrum.

Ex his verbis ʿAbdisôʿ, non iam coniicere, sed divinare et hariolari videtur Assemani dicens :

« *Horum* [Hymnorum?] *fragmentum exstat in laudes Martyrum sub initium « Codicis II*[1] *Nitriensis; eorumque magna pars Officiis Syrorum, Maronitarum « videlicet, Iacobitarum et Nestorianorum inserta est, atque hymnis Ephraemi, « Iacobi aliorumque ita permista, ut nullo fere indicio a reliquis discerni « possint.* »

Imprimis notandum est verba haec sophisma involvere. Nam si Hymni illi reliquis ita permisti sunt, ut discerni nequeant, unde, quaeso, novit Assemani eos re vera Officiis illis insertos esse? Porro ܩܠܐ et ܥܢܝܬܐ verba sunt technica breviariorum Syriacorum et significant carmina brevia, quae in officiis nocturnis et diurnis antiphonarum vice funguntur. Contra oratio illa panegyrica, quam respicit Assemani, subscriptione teste ܡܐܡܪܐ[2] inscripta erat, ita ut e verbis ʿAbdisôʿ probari nullatenus possit Marutham orationem aliquam in laudes martyrum conscripsisse, Syri enim hoc genus orationis nunquam nomine ܩܠܐ aut ܥܢܝܬܐ designabant. Perperam igitur confundit Assemani « odas » et « hymnos » Maruthae cum sermone panegyrico codicis syriaci Bibl. Vaticanae **161**.

Ceterum similia narrat commentarius Amri et Slibae de Aḥai successore Isaaci, catholico, qui cum a Iezdegerd rege in Persidem legatus esset ad componenda quaedam magni momenti dissidia, quae Iezdegerdi cum Bihuro Saporis filio, suoque germano, Persidis ac provinciarum principe, emerserant, illuc perveniens, expedito negotio sibi a rege concredito, « *ad perquirenda Martyrum sepulchra se convertit, qui martyrium passi essent sub Sapore, investigans, quam ob causam quisque illorum occisus esset eorumque scripsit historiam*[3]... Et paulo infra : « *Librum composuit commentariorum de martyribus ecclesiae orientalis, de quibus scripsit etiam Daniel ibn Mariam in historia cui nomen « Ecclesiastica*[4] ». Quae assertio Amri eo maioris est momenti quod textus

[1] Aliter notatus Vaticanus Syrus 161.

[2] Bedjan, *op. cit.*, t. II, 122 : Sermo ille subscribitur : ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܥܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܢܨܚܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܕܢܚܐ « *Explicit sermo primus in laudes et victorias martyrum terrae Orientis* ». — Syri autem inscriptionem libri in fine repetere solent.

[3] Gismondi, *Maris, Amri et Slibae de patriarchis Nestorianorum commentaria*, Romae, 1895, pag. 25.

[4] Scilicet Daniel bar Tubanita? sic R. Duval, *op. cit.*, p. 235.

a R. P. Gismondi editus de tali diligentia Maruthae prorsus silet et solum refert eum ossa martyrum secum asportasse.

Assemani tamen in praef. gen. (*Act. SS. Martyr.*, p. XLVII) textum arabicum ex opere Maris desumptum, citat sub nomine historiae Amri ibn Matta :

وجمع ماروثا من عظام الشهدا الذين استشهدوا بالمشرق شيًا كثيرًا ونسخ كل كتاب وجده لهم وحمل ذلك معه. فخلّى بميفرقين في كرسيه بعضه. وذلك معروف هناك الى هذا الوقت يتبارك به. ومضى بالباقي الى المغرب وفرقت في البيع.

Et collegit Maruta magnam partem ossium martyrum qui in oriente martyrium fecerunt et omnes libros, quos invenit, descripsit et secum asportavit et eorum partem in Maipharkîn in sede sua reliquit atque benedictio inde percipitur et reliquam partem in Occidentem advexit atque inter ecclesias distributa est. (Gismondi, *op. cit.*, p. ٣١.)

Traditio itaque syriaca de hac re nihil probat, nam ex verbis Maris probari nequit Marutam martyria composuisse; verbum نسخ potius innuit eum potius merum collectorem Actorum egisse, proinde suppositio Assemani, qui verbis 'Abdišô' innixus collectionem anonymam, a se editam, Marutae adscripsit, prorsus reiicienda est ut mere gratuita; imo collectione ipsa examinata manifestum est Marutam auctorem eiusdem non esse.

3. Collectio nimirum martyriorum, de qua agimus, unum opus constituit eamque ab auctore unico provenire ex epilogo martyrii ultimi, Acta, 'Aḳḳebšmae et sociorum continentis, concludendum est, qui epilogus non solum ambitum Actorum aliquatenus determinat sed etiam de aetate auctoris notitias magni momenti suppeditat. Locus, de quo agimus is est (Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 394 sqq.) :

ܐܢܐ ܕܝܢ ܫܡܥܬ ܠܟܬܒܐ ܘܪܕܝܬ ܣܦܪܐ: ܕܐܚܘܢ ܗܠܝܢ ܕܐܬܟܠܝ ܣܦܝܣ: ܠܐ ܗܘܐ ܒܚܙܬܐ ܐܠܐ ܕܐܡܪ ܐܢܫ: ܐܠܐ ܒܫܡܥܬܐ ܐܠܦܬܗ
ܘܐܬܬܚܡ ܐܢܫ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܢܛܘܪܬܐ: ܕܬܘܕܝܬܗܘܢ ܠܢܦܫܐ ܘܕܘܒܪܐ ܘܡܫܡܥܢܘܬܐ ܕܡܢ ܕܡܢܟ ܡܬܪܐ: ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܘܡܪܝܐ ܕܫܡܫܐ ܒܗ
ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܐ. ܐܝܟ ܕܩܕܡܝܬ ܐܡܪܬ: ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܣܘܥܪܢܝܗܘܢ. ܘܐܦ ܬܘܕܝܬܐ ܡܠܘܐ: ܢܬܟܬܒ ܒܣܦܪܐ ܕܦܠܚܘܬܗܘܢ. ܢܚܙܐ
[illegible]

ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܠܟܠܗܘܢ ܡܫܬܡܠܝܢ ܘܡܫܬܡܠܝܬܗܘܢ ܘܒܢܝܚܘܬܗܘܢ: ܡܢܗܘܢ ܕܣܗܕ̈ܐ ܐܦܘܗܝ ܦܣܩ ܐܝܟ. ܘܐܝܟ ܕܡܫܬܥܝܢ ܗܘܘ ܟܝ: ܡܢ ܡܡܠܠܐ
ܕܡܬܚܙܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܦܪܝܫܐ ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ܐܝܟ ܠܡܫܠܡܘܬܐ ܕܠܗܘܢ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܐܢܫ: ܚܕܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܗܘܘ.

Ego autem (vir) *bonis destitutus et parvae scientiae* (homo), *qui haec, quae ingenium meum superant, scripsi, haud temere ad haec dicenda processi, sed ex caritate ad ea consignanda accessi, ut societas peccaminositatis meae eorum memoria expietur atque ad utilitatem et exhortationem eius, qui legere amat, ut cognoscat certamen et victoriam, in quibus Ss. Martyres Orientis stabant. Quodsi sermo noster fatuus sit, saliatur sanguine mortis eorum; si enarratio nostra insipiens sit, sapiat passione caedis eorum. Enarrationem enim passionum, tormentorum, flagellorum, tribulationum, caedium, lapidationum, amoris, patientiae verorumque responsorum iudicibus redditorum e scripto verace desumpsimus, patrum investigatione reperto, quod licet stylo vulgari conscriptum nec sat lucidum fuerit, ex illo exemplo hanc eorum effigiem praestantem et magnam victoriam et solertiam gloriosam fortitudinis eorum constituimus, de qua re in primo nostro sermone scripsimus et sermonem nostrum ad omnes sanctos martyres locorum diversorum Orientis extendimus. Et quoniam non potuimus sententiam in unumquemque latam et caedem et nomina omnium definire et exponere, hanc ob causam iudicia eorum veluti unum actum iudicialem congessimus victoriasque velut victoriam unam et fortitudinem et gloriam et bonum ipsorum in Christo martyrium coruscare fecimus, perinde ac si condemnatio communis in omnes decreta esset.*

« *Nec existimet lector ea, quae in sermone nostro primo conscripsimus, anteriora esse tributo gentis nostrae et occisione Simeonis episcopi Seleuciae et Ctesiphontis et magna caede, quae facta est in martyres in territorio provinciae Husitarum anno 32 Saporis, regis Persarum, sed hoc ipsum tempus initium est persecutionis nostrae. Fundamentum enim initio sermoni nostro construximus et tunc aggressi sumus breviter ostendere paucorum ex eis mortem, horum qui in locis nobis proximis erant.....*

Et forsitan dices : Ubi sunt tribulationes et cruciatus amari et pessimae mortes, quae in sermone primo descripta sunt? Sinat tamen qui (hoc) dixerit, ut ei persuadeamus, nos nonnisi paucos e plurimis in lucem proferre potuisse. Omnes hi, qui in Porta regis occisi sunt, ense sublati sunt, qui vero manibus Moptorum[1] *ceciderunt, quorum nec nomina nec domicilia nobis innotuere, cruciati et tribulati sunt, uti scripsimus; plurima autem tormentorum istorum, et priorum passionum, quas computavimus, prout veraciter edocti sumus, auctoribus Moptis pessimis in urbibus Persidis, qui ibidem dominabantur, perpetrata sunt in martyres, Dei servos. Et quod ad reliquos martyres attinet, quorum omnium mar-*

[1] ܡܘܗܦܛܐ e priscopersico mag + bad. mag = Magus, ܡܓܘܫܐ Thalm. אמגושא; bad significat dignitatem, munus. Voci syriacae correspondet موبد designans iudicem, sapientem, magum.


tyria et mortes et iudicia descripsimus, quidam eorum nostris diebus martyrium subierunt, quos et vidimus; qui vero anteriores nobis fuerunt ex ore senum episcoporum et presbyterorum veracium et fidelium, qui viderunt et diebus eorum vixerunt, exactam eorum historiam conscripsimus. »

4. Epilogus hic clare docet auctorem in Perside vixisse, cum dicat se eos dumtaxat martyres compertos habere qui sibi prope fuerint; haec verba vix Marutae sunt, qui legatione fungens haud diu in Oriente remansit, proinde vix dicere potuit aliquos sibi prope, aliquos procul fuisse. Idem sequitur e verbis, quae auctorem ultimos martyres persecutionis Saporicae vidisse asserunt. Etenim Maruta tempore Iezdegerd regis (inde ab anno 399) Persidem adibat, nec probabile est episcopos « Caesari » subditos tempore Saporis territorium hostile visitare potuisse, quin semet gravi periculo carceris exposuissent ut « exploratores » et « emissarii » Caesaris, christianos ad rebellionem seducentes. Quodsi igitur auctor se ultimos martyres vidisse asserat, manifestum est eum collectionem istam saeculo IV exeunte aut V ineunte compilasse. Imo tempus exarationis actorum Assemani accuratius adhuc determinari poterit, si certum est sermonem illum introductorium, de quo in citato epilogo loquitur, eundem esse, quem cod. Vat. Syrus 161 fragmentarie tantum continet. Res nequit certo erui. Verba enim epilogi supponunt sermonem introductorium conspectum generalem *factorum* historicorum exhibuisse, monet enim *ne quis putet ea anteriora esse tributis Christianis impositis et caede martyrum,* fragmentum autem illud nihil eiusmodi continet; ex altera autem parte notum est cod. Vat. atque editionem Bedjan, quae paulo plus habet, duas tantum sermonis partes exhibere; tertia pars deest, ut docet nota syriaca apud Bedjan (p. 57, n. 4), qui arbitratur 12 folia in mensura editionis suae periisse; hinc impossibile non est orationem illam initio conspectum historicum exhibuisse, prout revera sermo ille saepenumero in textu ipso eiusdem voce ܬܫܥܝܬܐ « historia » designatur[1]. Ex altera parte, ea quae de argumento introductionis in epilogo citato Actorum 'Akkebšmae dicuntur orationi huic accuratissime conveniunt. Auctor nimirum sermone hoc omnes martyres Orientis celebrat primo viros, dein mulieres[2]. Sine dubio ad introductorium sermonem istum spectat obiectio quam sibi solvendam in epilogo dicto proponit : *ubi sint tribulationes et cruciatus amari et pessimae mortes* in primo sermone descriptae? Cui obiectioni viam praecludere volens, respondet se in Actis eos tantum respexisse, qui sibi innotuere, quorum plurimi in ipsa collectione sine

[1] Sic pag. 65, 81, ed. Bedjan.
[2] P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum,* t. II, Lipsiae, 1891, p. 81 sqq.

cruciatibus occisi esse dicuntur. Compertum tamen se habere dicit innumeros alios sibi prorsus ignotos in interiore parte Persidis comprehensos esse et fanaticis Moptis agentibus acerbissima tormenta subiisse, quorum nomina sibi ignota esse fatetur. Haec sententia rhetoricas descriptiones mortis martyrum respicere videtur in sermone introductorio contentas, quibus tamen haud omnia martyria conveniunt; nam martyres demum versus finem persecutionis tormentis cogi incepere ad apostasiam et ad religionem regni amplectendam.

5. Est tamen aliqua difficultas, quae obstat quominus sermonem illum introductorium toti collectioni annumeremus. Codex nimirum Vat. Syrus 160 antiquissimus sermonem hunc omisit. Fol. 79[b] enim subscriptione absoluta vitae S. Simeonis stylitae fol 80[a] nihil nisi figuram hanc rudem continet :



fol. autem 80[b] incipit :

...ܦܘܫܩ ܫܢܕܝܗܘܢ ܘܚܫܝܗܘܢ ܘܩܛܠܝܗܘܢ

« [De] *expositione tormentorum et passionum et caedium eorum* ». Cui titulo alia manu adiectum legitur :

...ܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒ...

« [*Historia*] *S. Simeonis* [*Bar Sabbâ'e*] ».
Prima autem inscriptio operis certe eadem est, quam Vat. Syr. 161 fol. 18[r] exhibet :

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܐܬܐܡܪ ܥܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܙܟܘܬܐ ܕܣܗܕܐ ܟܠܗܘܢ ܕܒܐܬܪܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܡܐܡܪܐ (sic) ܬܐܢܝ ܕܠܘܬܗܘܢ ܕܣܗܕܐ ܗܠܝܢ. ܥܠ ܦܘܫܩ ܫܢܕܝܗܘܢ ܘܚܫܝܗܘܢ ܘܩܛܠܝܗܘܢ.

« *Desinit sermo, qui dictus est de gloria et victoria martyrum omnium in terra Orientis. Sermo secundus de iisdem martyribus ; de expositione tormentorum eorum et passionum et caedium.* »

Inscriptio autem haec in MS_1 praefigitur martyrio S. Simeonis, quae cum rhetorica enarratione incipit de gloria Machabaeorum, cui sine ulla rubrica adnectitur martyrium S. Simeonis et quidem in Cod. Vat. Syro 160 in forma breviore et in Cod. Vat. Syro 161 in forma longiore. Quaestio igitur ea est, ubinam verba haec origine tenus steterint. Inscriptio enim haec ex altera parte sermoni introductorio multo magis convenire videtur, quam martyrio S. Simeonis, ex altera parte vero sermonem aliquem alium supponit *de expositione tormentorum et passionum et caedium* SS. Martyrum. P. Bedjan quidem sermonem

hunc alterum perperam confudit cum rhetorica introductione MS$_1$ de gloria Machabaeorum; haec enim introductio pars integralis est totius Martyrii S. Simeonis, quod iam exinde liquet, quod auctor incepta parte historica Martyrii post verba « *anno* 117 *regni Persarum* » etc., ad Simonem Machabaeum redit eumque denuo cum Simeone bar Sabbâ'e comparat.

Vocabulum ܦܘܪܫ « distinctio, expositio » in inscriptione operis duplicem admittit sensum : aut designat aliquam *expositionem* generalem de poenis *diversis* tormentisque, quae martyres subierunt, aut de martyribus *diversis* agit, qui ea perpessi sunt. In casu primo alius sermo a primo panegyrico diversus in collectione ipsa existere deberet, quod uti probatum est non evenit, restat igitur ut vocabulum ܦܘܪܫ in sensu altero accipiatur, in quo casu, ܡܬܚܫܢܐ « *sermo secundus, distinctio* » vel potius *expositio tormentorum* totam partem specialem operis designat, quae de singulis martyriis agit, prout etiam in epilogo operis auctor se in primo sermone *effigiem praestantem, magnam victoriam, solertiam gloriosam* martyrum conscripsisse dicit et dein *sermonem suum ad omnes SS. Martyres Orientis* se *extendisse* asseverat.

6. Igitur probabilissimum est sermonem panegyricum in laudes martyrum partem introductoriam collectionis fuisse, licet res certa non sit, cum inscriptio eiusdem desit et omnia argumenta, quae in favorem suppositionis istius afferri possunt ex indiciis internis desumpta sint. Quodsi autem prologus ille ab auctore totius collectionis scriptus est, omnino probatur auctorem eiusdem non esse Marutham. Prologus enim collectionis intima compassione et vivida dictione testem oculatum rerum gestarum prodit [1]. Verba prologi ubique tristitiam desperationi proximam redolent, auctor amare deplorat desolationem ecclesiarum [2] et consolationes, quas ex S. Scriptura desumit [3], ne unico quidem verbo spem aliquam mutationis tristis ecclesiae status indicant. Maximi momenti est pars illa prologi, ubi auctor dum iniurias recogitat praeceptorum caritatis erga inimicos oblitus diras maledictiones in persecutores effundit [4].

« *Et nunc Domine custodi nos a castris canum immundorum sanguinem lambentium, qui nos circumdant. Da in os nostrum modo maledictiones incorporatas contra eos, nam lingua nostra benedictionibus assueta est. Protende labia nostra, ut incurventur et extendantur et sagittas peremptorias in eos velut pluviam demittant, quia nescierunt benefacere et dilexerunt maledictiones et noluerunt bene-*

[1] Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 58, 60.
[2] *Ibid.* p. 104 sqq.
[3] *Ibid.* p. 113 sqq.
[4] *Ibid.* p. 91 sqq.

dictiones[1]. *Sanctifica Domine diadema Orientis et da ei recipere scientiam tuam veram, sicut Cyrus implet voluntatem tuam. Constitue Domine Cyrum loco Cyri ad instar Cyri*[2] *et retribue iram et malum seductoribus eorum : septuplum in sinu eorum, impropria eorum, qui improperaverunt tibi Domine*[3]. *Educ iustitiam tuam per scintillas ignis e naribus eorum consumentis foetorem pinguedinis igne percussae. Exardeat super eos nubes demittens sulphur et ignem, pro eo quod contaminaverunt terram et polluerunt creaturam. Dele castra peregrina, quae nos circumdant, et castra tua sancta monstra nobis, Domine, ut pacifia eorum visione visus eorum foedus a visu nostro operiatur, quoniam castra angelorum tuorum circumdant timentes te et eripiunt eos. Mitte nobis angelum confirmantem nos in hoc nostro certamine, sicut misisti Iudae Machabaeo*[4] *forti virtute in proelio in adiutorium ei, vectum equo albo et praecinctum veste aurea. Videat eum turma superborum et conturbata concidat velut agmen Traditoris, quod visa gloria tua cecidit retrorsum*[5]. *Responde nobis tempore isto tribulationis et confirma virtute tua debile genus Hevae et concidantur in victoria nostra gladio tuo invisibili uti concisi sunt osores tui ascendente in proelium Debbora*[6]. *Tu quidem maledicebas: dicamus nos quoque : maledic eis, maledic. Dicit angelus Domini : eiice eos cum maledictione ex haereditate tua et surgat ante eos hasta et acies gladii, quam in adventu tuo mater tua pertransire fecit e carne debilis Adae*[7]. *Domus suas perficiant cum lamentatione primogenitorum suorum, sicut Achab in Abiram et portas suas erigant cum evulsione crinium suorum ob novissimos suos, sicut filius ʿAmri propter Sakub*[8]. *Evaginetur gladius tuus velut fulgur et confodiat hypochondria cordis eorum exeatque pinguedo ex intestinis eorum, quae intumuerunt et dilatata sunt dapibus exquisitis! Hasta tua disrumpatur venter eorum plenus immunditia, sicut attigit hasta Pinchas fornicarios similes illis*[9]. *Fiant cadavera frigida per sagittas tuas*[10], *sicut myriades Sancherib per angelos tuos! Inebria sagittas tuas san-*

[1] Ps. cix, 17.

[2] Sensus est : Constitue nobis regem talem sicut Cyrus erat qui voluntatem tuam implevit reddens populo electo libertatem et templi diruti reaedificationem concedens.

[3] Ps. lxxix, 12.

[4] II Mach. x, 29.

[5] Ioh. xviii, 6.

[6] Iud. iv.

[7] Luc. ii, 35. Applicatio citati huius loci supponere videtur lectionem versionis syriacae repertae in monasterio S. Catharinae : ܬܥܒܪܝܢܗ « pertransire facies », quod auctor eo sensu ut « educere facies » intellexit.

[8] III Reg. xvi, 34. Dubium manet unde sumpserit auctor assertionem patrem Sakub ʿAmri filium fuisse, probabiliter Achab eunden esse cum rege impio Achab ʿAmri filio putavit ut legit Pešiṭta.

[9] Num. xxv, 8 sq.

[10] Sic legit codex alter apud Bedjan, *op. cit.*, p. 93, n. 1.

guine ipsorum et gladius tuus comedat carnes cervicum earum superbarum. Coacerva super eos infortunia, ut affligantur et consummantur spiritus eorum! Absume eos ex Oriente, sicut consumpsisti protervos Aegypti per manus Moysis et Aaron. Iaceant cadavera eorum coram volatilibus coeli et bestiis terrae, nec sit qui congreget ea! Perde eos e terra vitae, nec inveniantur in ea et sciant te esse Deum, qui dominaris in terram et habitatores eius, et da tranquillitatem loco nostro post nos et da pacem regioni nostrae propter nostram conversionem ad te! Reconciliare Domine per sanguinem nostrum et relinque reliquias populo tuo direpto. Et sic porro.

Haec verba Maruthae non esse manifestum est. Si enim auctor orat Deum, ut *Cyrum,* id est regem, qui Ecclesiae libertatem restituat et diruta sanctuaria reaedificare permittat — *pro Cyro, similem Cyro constituat,* verba illa ante Iezdegerdem II scripsit, qui Marutha interveniente Ecclesiae libertatem agnovit. Nec intelligitur, quam ob causam uteretur Marutha verbis tam duris et imprecationibus tantam rabiem redolentibus, si una cum collectione hanc quoque introductionem composuisset. Iezdegerd enim, cuius tempore Marutha Persidem visitavit, Christianis favebat, Marutha vero unus fuit episcoporum illorum, qui Iezdegerdem propter libertatem Ecclesiae redditam encomiis celebrabant[1].

7. Igitur tum epilogus tum introductio totius collectionis Martyria in eadem contenta ante pacem Ecclesiae a Iezdegerde redditam exarata esse supponunt; terminus igitur recentissimus, qui actis exaratis adscribi potest, annus 407 est; nam anno sequente pace cum Romanis inita Syris spes rerum mutationis affulgebat.

His autem expositis quaerendum erit qualis fuerit recensio illa Martyrii S. Simeonis, quae in nostra collectione exstabat. Iam innuimus Martyrium S. Simeonis in duplici exstare recensione, in illa nempe, quam nos sub litteris MS_1 signavimus et quam prae ceteris exhibet Codex Vat. Syrus antiquissimus 160 et illa, quae apud nos notata MS_2 legitur etiam in Cod. Vat. Syro 161. Haud pauca vero dantur indicia, quae alteram hanc recensionem recentiorem esse suadeant.

1) Codex Vat. Syrus 160 anno 474 exaratus tantae est auctoritatis, ut eum antiquissimam Martyrii recensionem continere merito censendum sit.

2) Codex Vat. Syr. 161 alteram recensionem collectioni inserens vestigia manifesta prodit redactionis recentioris; etenim actis S. Simeonis praemisit partem introductoriam de laudibus Machabaeorum agentem eamque arbitrarie

[1] Braun, *Das Buch der Synhados,* p. II.

truncavit, nam post verba « Anno trigesimo primo Saporis » alteram recensionem martyrii inseruit, quod prorsus falsum est, cum in textu codicis prioris post verba illa auctor Simeonem bar Sabbâ'e cum Simone Machabaeo denuo comparet.

3) Recensio altera in Codice Vat. Syr. 161 collectioni inserta multo recentiorem redolet aetatem. Haec enim origine tenus non solum Acta Simeonis, sed etiam Martyrium Pusai archiopificis, Marthae filiae eiusdem, descriptionemque caedis magnae Christianorum continebat, quae in urbe Karka-d-Ledân evenit. Martyria enim haec pariter in duplici exstant recensione, quam P. Bedjan[1] edidit. Haec porro Acta continuare historiam martyrii Simeonis recentioris exinde patet, quod in MS, de Pusai vix aliquid dicitur excepta incarceratione eius, Acta vero eiusdem incipiunt verbis :

ܢܗܦܘܟ ܕܝܢ ܡܢܟܝܠ ܠܘܬ ܬܫܥܝܬܐ ܕܬܘܕܝܬܗ ܕܡܫܒܚ ܒܣܗܕܐ ܓܢܒܪܐ ܘܚܝܠܬܢܐ ܦܘܣܝ.

Revertamur igitur ad historiam confessionis gloriosi inter Martyres et fortissimi Pusai, quae verba aperte innuunt martyrium hoc historiam alibi inceptam continuare.

Initium martyrii S. Marthae idem testatur :

ܐܦ ܒܪܬܐ ܚܕܐ ܒܪܬ ܩܝܡܐ ܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗ ܠܢܨܘܚܐ ܦܘܣܝ[2].

« *Etiam filiam unicam monialem habuit victor Pusai* ».

Historia denique « caedis magnae » exordium sumit his verbis :

ܢܬܘܒ ܕܝܢ ܠܣܕܪܐ ܕܬܫܥܝܬܢ. ܒܬܪܝܢܒܫܒܐ ܕܝܢ ܕܫܒܬܐ ܪܒܬܐ ܗܘܐ[3].

« *Redeamus ad ordinem narrationis nostrae. Feria secunda hebdomadae magnae* », etc...

Sed omne dubium tollitur subscriptione in fine historiae caedis magnae positae : [4] ܫܠܡܬ ܣܗܕܘܬܐ ܕܡܫܒܚܬܐ ܘܩܕܝܫܬܐ ܡܪܬܐ ܒܪܬܗ ܕܦܘܣܝ ܘܩܛܠܐ ܪܒܐ ܕܗܘܐ ܒܒܝܬ ܗܘܙܝܐ « *Desinit Martyrium gloriosae et sanctae Marthae filiae Pusai et caedis magnae, quae facta est in provincia Huzitidis* ». Quae subscriptio sola est e codicibus desumpta, subdivisiones reliquas Bedjan introduxisse videtur, quod iam ipsa earum forma indicat, ut exempli gratia : ܩܛܠܐ ܪܒܐ ܕܗܘܐ ܒܒܝܬ ܗܘܙܝܐ « *Caedes magna, quae facta est in provincia Huzitidis* », Syri enim hoc in casu nunquam omittunt praemittere vocem ܬܫܥܝܬܐ « narratio ». Si autem Acta haec olim unam collectionem constituerint, terminus qui potest fingi antiquissimus compositionis eorum, e notula eruitur in fine Martyrii S. Marthae adiecta, quae refert corpus sanctae rixis plurimis occasionem dedisse, donec Saumai, episcopus urbis Karka, reliquias eius exposcens eas in ecclesia sua honorifice sepelivit[5]. ܥܕܡܐ ܕܝܢ ܐܗܠܡܢܐ ܡܢ ܩܪܝܒܐ ܙܡܢܝܢ

[1] P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, Lipsiae, 1891, t. II, pp. 208-248.
[2] *Ibid.* p. 233.
[3] et [5] *Ibid.* p. 241.
[4] *Ibid.* p. 248.

ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܨܘܡܝ ܒܫܢܬ ܬܡܢܐ ܕܒܗܪܢ ܡܠܟܐ ܒܪ ܝܙܕܓܪܕ : ܦܛ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ. « *Hoc autem a sancto Saumai*[1] *episcopo gestum est anno octavo Bahran regis, filii Iezdegerd,* (*anno*) 89 *coronationis eorum* », qui est annus 428/9 D., octavus Bahran regis, 89 post annum 31 Saporis (340/1) quo anno S. Simeon testibus Actis martyrium subiisse dicitur. Cum porro *Saumai sanctus* dicatur, patet Acta ista post mortem eius conscripta esse, terminus tamen, qui recentissimus esse potest, nequit certo erui, quo Acta conscripta sint; probabile autem est ea ante initium saeculi VI conscripta esse. Recensio enim illa in codicibus tum Nestorianis tum Iacobiticis invenitur, quod inde a fine saeculi V haud facile contingeret. Catalogus haereticorum (MS_2 n. 20) antiquas sectas dumtaxat gnosticas et paganas exhibet, quae pro posteriore scriptore momento carerent, sermo denique christologicus S. Simeonis coram rege habitus omnino orthodoxus est, quod spectata agendi ratione compilatorum posteriorum inexplicabile esset, cum hi studio singulari dogmata sibi familiaria in ore antiquiorum ponerent. Christus scilicet Deus et homo declaratur, quae locutio quidem etiam modo Nestorianorum exponi potest[2], deest tamen pugnacitas polemica, quam Nestorianus auctor saeculi VI vel VII vix evitasset. Recensio porro poetica MS_2 iam antiquitus in breviarium Nestorianum recepta est et vix saeculo VII posterior esse videtur[3]. Vestigia tertiae recensionis ex MS_2 ortae 'Amr servavit, quae saeculo VIII-IX orta esse videtur et exaggerationibus portentosis vitiata est[4].

9. Quod ad relationem attinet mutuae dependentiae MS_1 et MS_2, eam in translatione typis cursivis expressimus, proinde eidem examinandae hic loci supersedemus notantes MS_2 omnia, quae narrationi suae conveniebant ex MS_1 excerpisse, cui non solum in historicis narrationis partibus haud raro consen-

[1] Saumai iste occurrit in actibus synodalibus Ia^{b}ballahae (a. 410/20) qua episcopus urbis *Karka* (Braun, *das Buch der Synhodos,* p. 44); in actis Iacobi notarii [custodis?] reliquias quoque sancti huius sepelisse narratur. Contra in actis synodalibus Dadišô' catholici (quae synodus episcoporum in Markabta-d-Tayyaye habita est quarto Bahram regis anno 423/4 (?)) episcopus *Karka* urbis Narses dicitur (Braun, *op. cit.*, p. 46). Impossibile non est nomen *Karka* aliam urbem designare, nam Karka epitheton erat trium urbium : Maišan, Arzun, Bet Slok praeter Karka-d-Ledân. Sine determinatione designat 1) Karka-d-Bet Slok (cuius episcopus tunc temporis 'Akkebalaha erat : Bedjan, *op. cit.*, t. II, 513) sic apud Braun, *op. cit.*, p. 34, et 2) Karka-d-Ledân, quae in actis Ia^{b}balahae simpliciter Karka dicitur. Si autem Narses fuisset episcopus Karka-d-Ledân, data chronologica Actorum S. Marthae erronea essent.

[2] Verba haec in cod. Vat. syro 161 accuratissimus quidam religiosusque Iacobita fol. 30^a re vera correxit.

[3] P. Bedjan, *Breviarium Chaldaicum*, Lutetiae Parisiorum, 1887, Pars tertia, p. ܐܡܘ sq. Kanon isto numero et metro Iacobi Sarugensis conscriptus saeculo VI compositus esse videtur.

[4] Cf. infra caput III Introductionis in fine.

tit, sed etiam in aliquibus partibus rhetoricis, sententias, exhortationes atque laudes S. Simeonis exhibentibus. MS_2 haud raro lectiones meliores, quam MS_1 exhibet, quod hinc inde juxta MS_2 correximus [1].

Exitus igitur disquisitionis qua describitur mutua relatio MS_1 et MS_2 his definiri potest :

1. MS_1 partem esse collectionis martyriorum a viro quodam ignoto ante a. 407 exaratae.

2. MS_2 post annum 428 redactum esse probabiliter saeculo V exeunte.

3. MS_2 ab MS_1 pendere et multa e martyrio antiquiore excerpisse.

His propositis et relatione mutua martyriorum S. Simeonis statuta ad ipsam persecutionem a Sapore excitatam inquirendam accedimus. Fontes Graecos obiter tantum tetigimus, Sozomenus enim in l. II, c. 9 historiae suae nullos alios fontes praeter graecam traductionem MS_1 historiae persecutionis Christianorum persarum novisse videtur, quod verum est etiam de enarrationibus synaxariorum et menologiorum.

CAPUT TERTIUM

DE PERSECUTIONE SAPORIS

1. Notiones generales de causa persecutionis. — 2. Infantia Saporis. — 3. De Ephra Hormiz matre eius. — 4. Sententiae eruditorum de tempore quo persecutio orta sit. — 5. Notitiae chronologicae operum Aphraatis. — 7. Errores chronologici Actorum syriacorum. — 8. Aliae differentiae utriusque Martyrii S. Simeonis. — 9. Summarium. — 10. Amri relatio de martyrio S. Simeonis.

1. Sicut origo, sic etiam propagatio religionis Christi in Perside caeca omnino caligine obvoluta est; proinde conditio etiam statusque socialis et politicus christianorum tempore antiquo omnino ignotus est. Religione autem christiana sensim sine sensu in Perside propagata Christiani ibidem degentes pace frui videntur, de persecutionibus saltem nihil constat, quod nec mirum est. Cum enim Christiani in ipso imperio Romano crudelissime ad necem conquisiti essent, Persae religionem hanc sine periculo pro sua politica ratione considerasse videntur, utpote religionem ab adversariis suis politicis proscriptam. Persae quidem erga eos, qui religionem in ipsa regione dominantem spreverunt, haud valde tolerantes se exhibebant, notum est, quantum sup-

[1] Quasdam correctiones alicuius momenti vide n. 35 MS_1 in oratione S. Simeonis in carcere habita.

plicium subierit Mani tempore Saporis I, Iudaeos vero saec. III exeunte diversas persecutiones perpessos esse Talmud docet (Iebam. 63ᵇ)[1]. Num Christiani meliorem sortem experti sint, non constat, Constantini Magni ad Saporem epistola[2] nihil prodit, unde concludendum esset Christianos in Perside vexatos esse.

Certum autem est medio saeculo IV Christianis in Mesopotamia tempora probationis diuturnae institisse, quae rerum mutatio sponte quadam secuta est victoriam illam, quam christianismus in Occidente de pagana superstitione reportavit. Christiani enim Persidis, cum praecipue nationis Aramaicae essent et vinculo tum religionis tum originis cum fratribus in parte occidentali imperii Romani degentibus, coniungerentur, atque in confiniis utriusque imperii viverent, quae causa erant litium bellorumque cruentorum, haud mirum, si Persae propagationem christianismi cum animo anxio considerabant et ex altera parte prorsus intelligible est Christianos Aramaeos in Perside degentes praetulisse « Caesarem » « Regi Regum » sub cuius imperio pace dubia fruebantur. Aphraates quidem praedilectionem suam erga imperium Romanum minime celabat (Dem. v) et reliqui episcopi Mesopotamiae hac de re verisimiliter haud aliter sentiebant. Hac tamen circumstantia admissa, quae cum in ipsa rerum natura fundetur Christianis Persis in vitium verti nequit, non potest probari Christianos Mesopotamiae hos animi sensus aliquando in effectum deduxisse. Exceptio unica est historia Mar Kardag[3], qui a rege palam defecit et ei resistere ausus est. Attamen historia ducis huius tam fabulosa et tam dubia est, ut exinde vix aliquid concludi posse videatur. Ex altera parte Acta fide dignissima testantur ipsos Persas ansam dedisse inimicitiae Christianorum suscitandae durissima agendi et animadvertendi ratione, qua Magi ob nefastam zelotypiam iam ante longam periodum persecutionis hic illic in eos saevierunt. Acta Zebinae[4] et sociorum eius, qui anno 18 Saporis, — qui tunc temporis frena imperii vix proprio motu dirigebat, — pro fide Christi occisi et etiam cruciati sunt, satis demonstrant intolerantiam religiosam Magorum et intentionem generalem religionem christianam aliis rationibus deficientibus etiam vi aperta reprimendi. In his quidem Actis a Hadabu coaevo, nobili equite Saporis, compositis nihil adhuc accusationum conspirationis cum Caesare legitur; sed finis ultimus persecutionis id fuisse statuitur, ut destructis ecclesiis et monasteriis incendio deletis Christiani tributis onerosis ad apostasiam co-

[1] Initio imperii Saporis occisus esse dicitur רבא בר נחמני, Bâba m. fol. 86ᵃ.

[2] Eusebius, *De vita Constantini,* IV, 9-14, *Die Grieschischen christlichen Schriftsteller,* Leipzig, 1902, Eusebius, I Band, pp. 121 et seqq.

[3] P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum,* t. II, p. 442.

[4] *Ibid.* p. 39 sqq.

gerentur. Itaque haud mirum Christianos odium magnum adversus oppressores suos concepisse, uti responsa quorundam Martyrum inepta satis demonstrant.

Sed antequam annum martyrii S. Simeonis inquirendum suscipiamus, quaedam de Sapore praemittenda sunt, quae causa fuerunt eventus huius funestissimi; in quo negotio historiam potissimum a Tabari exaratam et a Cl. Nöldeke translatam et doctissime adnotatam sequimur [1].

2. Sapor, « rex regum », uti reges Persarum se ipsos titulo isto regum antiquorum iam a Dario usitato insignierunt [2], — filius natu minimus Hormizdae, anno 309 regnare coepit et annus primus regni eius a die 5 Septembris anni eiusdem computatur [3]. Licet filius postumus Hormizdae fuerit et fratres natu maiores habuerit, regni principes deposito propter crudelitatem Adharnarse, spretoque Hormizda fratre altero, qui postquam in carcerem coniectus est inde evasit et ad Romanos confugit, atque excaecato tertio, cuius ne nomen quidem constat [4], Saporem, adhuc in utero matris latentem regem proclamarunt. Eventum istum singularem sic narrat Agathias Scholasticus :

Post [Hormizdam] *Sapor plurimo longissimoque tempore rerum potitus est, quippe tot annis regnavit quot et vixit. Matre enim adhuc ipsum utero gestante regii generis successio vocabat ad regnum, quod ipsa esset paritura. Dubitabatur vero masculum an femellam esset partu editura. Primores itaque regni praemia ac dona proposuerunt magis, ut de futuris praedicerent. Equam itaque gravidam in medium adducunt iam partui proximam iusseruntque, ut magi de hac prius vaticinarentur, quod futurum censebant. Ita enim paucis post cognituros se credebant, quae illorum divinatio evaderet atque hinc collecturos similem eventum habitura etiam quae de homine praedicerentur. Quid autem de equa divinaverint nihil liquido possim affirmare, neque enim mihi certi quidquam ea de re est renunciatum, ceterum ita singula evenerunt ut illi praedixerant. Cum itaque ex ea re certi scirent magos vaticinandi artem optime callere, provocarunt rogaruntque eos, ut etiam de muliere, quae futura nossent, explicarent; qui cum responderent masculam prolem parituram, nihil ultra morati sunt, sed cidari utero imposita embryo-*

[1] Th. Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sassaniden, aus der arabischen Chronik des Tabari übersetzt und mit ausführlichen Erläuterungen und Ergänzungen versehn*, Leyden, 1879.

[2] Sahansah, quo titulo insignitur etiam in Actis Martyrum. In inscriptionibus priscopersicis reges Persarum se, inde a Dario, *Khšayathiya vazraka, khšayathiya khšayathiyanam* « rex magnus, rex regum » appellant. (Weissbach und Bang, *Die altpersischen Keilinschriften*, Leipzig, 1893, p. 12, 30, 32 etc.)

[3] Th. Nöldeke, *op. cit.*, p. 411.

[4] *Ibid.* p. 51, nota 3.

nem regem pronuntiarunt nomineque insignierunt foetum recenter formatum atque ita animatum[1]...

3. Infans igitur rex sine patre educatus in aetate iuvenili auctoritatem matris subiit; mulier autem haec, quae in Talmude איפרא הורמיז *Ephra Hormiz*[2] appellatur, tum Talmude, tum testibus Actis Martyrum, Iudaeis summopere favebat et probabiliter προσήλυτος erat portae, aut saltem in relatione huiusmodi cum Iudaeis versabatur, uti hoc e favoribus diversis, quibus Rabbinos iuxta Talmudem haud semel affecit, concludendum videtur. Sic narratur Ta'nith fol. 24ʳ.

ההוא גברא דאיחייב נגידא בבי דינא. דרב' משום דבעל גויה נגדיה רבא ומית. אישתמע מלתא בי שבור מלכא בעי לצעורי לרבא· א"ל איפרא הורמיז אימיה דשבור מלכא לבר' ·לא ליהוי לך עסק בהדי יהודאי דכל דבעון ממריהו עביד להו. א"ל מאי האי אמרה ליה דבעו רחמי ואתי מטרא· אמר לה ההוא משום זימנא דמטרא הוה לבעו האידנא בתקופת תמוז וליתי מטרא שלחה ליה לרבא כוין דעתיך ובעי רחמי וייתי מטרא·

Vir quidam, flagellationis condemnatus est in domo iudiciali Rabbae, quod cum muliere gentili coierit. Rabba flagellavit eum atque mortuus est. Re audita Sapor rex Rabbam contumelia afficere voluit. Dixit Ephra Hormiz mater Saporis regis filio suo : Noli negotium habere cum Iudaeis, quia quodcunque petierint a Domino suo fit eis. Dixit ei : Unde hoc? Dixit ei : Misericordiam imploraverunt et venit pluvia. Dixit ei : Hoc aetatis causa evenit, quod pluvia facta est. Petant nunc [tempore] solstitii aestivi et veniat pluvia. [Tunc] misit nuntium ad Rabbam : Curam tui habe! et implora misericordiam et veniat pluvia.

Bâba k. 8ª refertur Ephra Hormiz matrem Saporis regis marsupia (ארנקי) denariorum misisse ad R. Ioseph.

Ib. 10ᵇ refertur eam 400 ערנקי denariorum misisse ad Rabbi אמי qui ea recusavit. Dein ad R. Rabba misit ea, qui ea accepit. Zebachim 116ª narratur reginam vitulum saginatum misisse Rabbinis offerendum quos dono isto satis perplexos reddidit. Sed multo singularior est relatio Nidda fol. 20ᵇ, qua referente Ephra Hormiz diversa genera sanguinum misit Rabbae :

איפרא הורמיז אימיה דשבור מלכא שדרה דמא לקמיה דרבא הוה יתיב רב עובדיה קמיה ארחיה אמר להו האי דם חימוד הוא· אמרה ליה לברא תא חזי כמא חביבין יהודאי· אמר לה דלמא כסומא בארובה· הדר שדרה ליה שיתין מיני דמא וכלהו אמרינהו ·ההוא בתרא דם כנים הוה ולא הוה ידע איוסתייע מלתא· שדר להם מסריקותא דמקטלי כלמי. אמרה· יהודאי בתווני דלבא יתבי·

[1] Ed. Niebuhr, Bonn, 1828, p. 261.

[2] Commentarius antiquus ad Ta'nith fol. 24ᵛ nomen hoc sic explicat : איפרא חן· יופי שדים היה לה· « Ephra venustas est; pulchras mammas habuit ». Ad Nidda 20ᵛ commentarius פומבדיתא asserit : איפרא הורמיז נויה היתה וכן שמה· ולשון יוני איפרא חן « E. H. pulchra erat, unde nomen eius. Et graece איפרא venustas est (= εὐπάρειος, genis pulchris praedita) ».

Ephra Hormiz mater Saporis regis misit sanguinem ad Rabbam. Rab sedebat negotio suo coram se de more suo. Dixit eis : Sanguis hic deliciarum est. Dixit (illa) filio (suo) Veni et vide quam dilecti sint Iudaei. Dixit ei : Forsitan sicut caecus in fenestra. Iterum misit ei sexaginta species sanguinis et omnes enumerarunt. Sanguis ultimus erat pediculorum, quod ille nescivit. Res convenit. Et misit eis pectinem occidentem pediculos. Dixit : Iudaei in cubiculis cordis habitant[1].

Loci isti sat aperte ostendunt matrem Saporis miro quodam affectu adhaesisse Iudaeis. Etiam Acta Martyrum statuunt Reginam sociam consiliorum Iudaeorum fuisse qua mediante ipsum Regem contra Christianos excitarunt. Hanc quidem Actorum assertionem R. Duval simpliciter reiicit[2], aliique docti Iudaeos ab accusatione ista absolvere nituntur, sic e. gr. S. Funk[3], qui relationem Iudaeorum et Christianorum saeculo III exeunte sat amicabilem fuisse opinatur revocans disputationes religiosas in בי אבידן[4] haberi solitas et modum quo in ת״ב de haereticis (מינים) agitur, qui longe abest ab animo inimico illo, quem ת״י spirat. Esto; saeculo tamen medio IV res in peius commutata est. Acta enim testantur Iudaeos in causa S. Simeonis sycophantarum vice functos esse[5], et omnia, quae de Regina Iudaeis amicissima referunt, uti supra demonstratum est, cum Talmude accurate conveniunt. Certum autem est Iudaeos non fuisse causam nec unicam nec principalem persecutionis, sed Magos omnipotentes, qui tum ob religionis antiquae zelum, tum ob rationes mere materiales Regem contra Christianos excitasse omnia fere Acta testantur. Immo hinc inde enarrationes Martyriorum aperte insinuant Magos haud raro Regem coegisse ad facinora illa crudelia iussu eiusdem perpetrata. Quod facile intelligitur, si eorum potentia in aula Regis perpendatur et pericula, quibus Sapor semet exposuisset si voluntati eorum restitisset. Quod sufficienter illustratur cognomine *peccatoris* Iezdegerdi II imposito ob favorem imprimis quo se erga Christianos gerebat.

Initio regni Saporis Christiani generatim tolerabantur; persecutiones, quas Acta ante annum 339 excitatas esse referunt, locales fuisse videntur et ad regulorum potius Magorumque in provinciis regni remotioribus malevolentiam et crudelitatem, quam ad ipsum regem referendae sunt; viam tamen parabant

[1] Commentarius תוספות putat agi de usu superstitioso sanguinis, putat enim Reginam מעשי שדים *opera daemonum* novisse.

[2] R. Duval, *La littérature syriaque,* Paris, 1899, p. 134.

[3] S. Funk, *Die Haggadischen Elemente in den Homilien des Aphraates* Wien, 1891, p. 11 sq.

[4] De quo vide : Delitzsch, *Ebioniten und Nazaräer im Talmud* (Zeitschr. f. d. ges. lutherische Theol., 1856, Heft 1). Funk, *op. cit.*, in Appendice, Note B.

[5] MS_2 n 12; idem legitur in Actis Tharbu. St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 54.

violentiarum, quae tempore indicato Christianis inferri inceperunt. Tempore quidem Constantini magni Sapor forsitan ob timorem imperatoris a talibus sceleribus abstinebat; mortuo autem Constantino, qui annis ultimis imperii sui Saporem bello invadere cogitabat, eodem anno (337/8) bellum intulit Romanis et Nisibîn urbem oppugnare coepit, rebus tamen infectis redire coactus est. Ex hoc autem tempore incipit persecutio crudelis Christianorum, quae usque ad Regis mortem continuo saeviit. Ratio enim ultima, uti supra innui, persecutionis sine dubio ea erat, ut propagatio Christianismi impediretur, ex quo Persarum imperio pericula impendere viderentur. De causa proxima eiusdem nihil certi constat, cum Acta ipsa praeter inquisitionem iudicialem et poenas, quas Martyres subierunt vix aliud memoriae prodant.

4. De *chronologia* persecutionum mira ubique regnat dissonantia, quae inexplorabilis esset, nisi scripta Aphraatis coaevi clavim ad eam reserandam suppeditarent.

Inter Graecos auctores Hermias Sozomenus[1], Theophanes[2] martyrium S. Simeonis tempore Constantini magni accidisse referunt, decepti, uti iam St. Assemani ostendit[3], epistola eiusdem imperatoris ad Saporem missa, qua Christianos benevolentiae Saporis commendavit. Hos secutus est Simon Assemani, qui initium persecutionis et mortem Simeonis anno 330 evenisse statuit[4].

Auctores recentiores pariter dissentiunt. Initium persecutionis mortemque S. Simeonis ponit ad annum :

339/40 Nöldeke[5],
340 St. Assemani[6],
343 Baronius[7],

[1] *Hist.*, II, 9.

[2] *Corpus Scriptorum Historiae Byzantinae,* Bonnae, 1839, t. I, Theophanes, p. 36. Anno 5816 dicit Synodum Nicaenam celebratam esse et anno sequenti 5817 persecutionem auctoribus Iudaeis suscitatam. Relatio eius ex opere Sozomeni desumpta est. Guštazadem Οὐσταζάδης scribit, uti una vice codex Fuketianus Sozomeni.

[3] St. E. Assemani, *Acta SS. Martyrum orientalium et occidentalium,* t. I, p. LXXXI sq., Romae, 1748.

[4] J. Assemani, *Bibliotheca Orientalis,* t. I, Romae, 1728, p. 1-12.

[5] Th. Nöldeke, *op. cit.*, p. 410, ubi chronologiam Sassanidarum breviter pertractat.

[6] St. E. Assemani, *op. cit.*, p. LXXV, initium persecutionis anno 340, S. Simeonis mortem anno 341 evenisse statuit.

[7] In *Annalibus Ecclesiaticis* ad annum 343 observat : *Hoc itidem septimo anno Constantii et Constantis Imperatorum ponitur in Chronico a S. Heronymo excitata in Christianos Persas a Sapore Rege Persarum dira persecutio, cui potius assentimur, quam iis, qui referunt illam ad tempora Constantini occasione litterarum ab eo ad ipsum Saporem regem scriptarum permoti...*

344 Ideler [1], Sachau [2],
349 Bollandus [3].

5. Acta ipsa syriaca annum persecutionis, quo S. Simeon occisus est triplici computatione determinant.

α) MS_1 n. 7 ait : *Anno centesimo decimo septimo regni Persarum, qui est annus 31 Saporis, facta est subiugatio gentis nostrae, quo ipso tempore Simeon erat episcopus Seleuciae et Ctesiphontis urbium, qui cognominabatur Bar Sabbâ'e.* Duas hic habemus computationes anni *subiugationis :* altera eam iuxta annos Saporis, altera iuxta aeram Sassanidarum computat. Annus autem primus Saporis iuxta Nöldeke incipit 5ª Septembris anni 309, annus itaque trigesimus primus est 339/40. Numerus alter persecutionem ab aera Sassanidarum computat, quae incipit 26ª Septembris anni 226 [4], igitur anno 117 eiusdem aerae correspondet 342/3 a. D., quare computatio ista posterior *tribus annis* differt a priore. Nöldeke ingeniosam hypothesim construxit ad difficultatem effugiendam; putat enim aeram vulgarem Sassanidarum quidem a victoria de Ardawan reportata computatam fuisse, quando dynastiae fundator, Ardašir titulum Šahanšah assumpsit, Syros vero aliam aeram habuisse a Seleucia et Ctesiphonte expugnatis computatam, quam in sola Mesopotamia meridionali viguisse supponit [5].

β) MS_2 n. 3 exactius adhuc chronologiam persecutionis statuere conatur dicens : *Anno* 655 *regni Alexandri, qui est* 296 *crucifixionis Domini, qui est a.* 117 *regni Persarum, qui est annus* 31 *Sabur filii Hormizad, mortuo beato Constantino rege Romanorum et inventa a Sapore occasione belli adversus filios eius movendi..... magis adhuc semet ad odium servorum Dei excitabat, qui in loco ditionis eius habitabant.* — Determinationes istae chronologicae duabus prio-

[1] *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie,* Berlin, 1826, II, 353-358.

[2] Sachau, *Verzeichniss der Syrischen Handschriften der Königl. Bibliotek zu Berlin,* 1899, p. 362.

[3] *Acta Sanctorum,* t. II mensis Aprilis, die 21, p. 846.

[4] Nöldeke, *op. cit.,* p. 410.

[5] *Ibid.* Parum exacte tractat hac de re Ideler, *op. cit.*, II, 554 sq., dicens : « Agathias Scholasticus sagt im Leben des Kaisers Iustinian (IV, 134 ed. Paris.) : der Perser Ardeschir, oder, wie er ihn nennt, Artaxerxes, habe, nachdem er den König der Parther getödtet, die Herrschaft über Persien an sich gebracht, und dies sei geschehen im Iahre 538 des Alexander von Macedonien, im vierten des anderen Alexander des Sohnes der Mammäa. Das 538-ste Jahr der seleucidischen Aere begann 226 n. Chr. und Alexander Severus gelangte 222 zur Regierung. Fing nun das erste Jahr der Persischen Aere im 538-sten der Seleucidischen an, so Konnte das 117-te der ersten dem 655-sten der letzten entsprechen ». — Notandum tamen est annum 117 Sassanidarum initio Sept. desiisse, annum vero 655 Alexandri initio Octobris 343 incepisse.

ribus e MS_I desumptis, duas novas addunt. Harum vero altera, quae annum persecutionis a crucifixione Domini computat, nullius momenti est, proinde eidem pertractandae supersedemus; restat igitur annus 655 Alexandri, qui incipit initio octobris 343 et durat usque ad finem Septembris anni 344. Ex illo autem modo, quo numeri duo priores praemittuntur et duo alii ex MS_I desumpti adiiciuntur concludendum videtur eos non in aliqua studiosa calculatione fundari, sed ex aliis fontibus desumptos esse. Certum est denique numeros diversos annorum 340, 343,344 non omnes veros esse, veritas igitur eorum aliunde deducenda est.

a) Iuvat nos imprimis ipsa Actorum narratio, quae Guštazad eunuchum feria quinta in Cena Domini et luna decima tertia, S. Simeonem vero die sequenti, luna decima quarta, die Parasceves occisos esse refert. Inde patet anno, quo Martyres isti occisi sunt, lunam decimam quartam, id est terminum paschalem in Parasceven incidisse[1].

[1] Argumentum autem hoc supponit Syros Mesopotamiae modo a synodo Nicaena statuto celebrasse festum paschale. Hoc vero certum non est G. Bert quidem in opere : *Aphraat's des Persischen Weisen Homilien, aus dem Syrischen übersetzt und erläutert* (Gebhart et Harnack, *Texte und Untersuchungen*, vol. III, fasc. 3), Lipsiae, 1888, demonstrare conabatur Aphraatem doctrinam quartodecimanorum tenere. Quae assertio an vera sit, ex Aphraate sufficienter nequit probari, cum vir iste sibi contradicere videatur. Demonstr. XII de Paschate n. 12 enim dicit : *Ut tibi persuasum fiat et aliis fratribus, filiis ecclesiae tuae persuadeas, qui difficultates habent circa tempus illud Paschatis* [scribo haec tibi]. *Sanis mente haec scitu difficilia non sunt. Si enim dies paschatis, quo Salvator noster passus est, prima sabbati* (sc. die Dominica) *nobis occurrat, ex lege decet nos illud* (sc. pascha) *die secunda facere, ita ut tota eiusdem hebdomada in sua passione azymisque suis observetur, nam post pascha septem sunt dies azymorum* (Ex. XII,18-20) *usque ad diem vigesimam primam. Et si qualibet alia die occurrat passio, nil habemus, cur circa haec difficultatem habeamus; nobis autem dies magnus dies Parasceves est.* — Igitur certum est in parte septentrionali Mesopotamiae diversas opiniones de tempore paschatis celebrandi agitatas esse. Regula tamen, quam Aphraates proponit haud satis clara est ut exinde res certo erui possit. Aphraates duos casus respicere videtur. α) Pascha die Dominica occurrit. Regula : festum ad diem sequentem transferatur, ita, ut tota hebdomada usque ad diem 21. in luctu et azymis observetur. Ratio huius regulae sine dubio ea est, quod die Dominica ieiunium illicitum habebatur. Quod autem de azymorum usu dicit, iudaicam redolet consuetudinem paschatis sine fermento celebrandi. β) Passio Dñi in aliam diem hebdomadae incidit. Pro hoc casu nullam proponit regulam; *nobis,* inquit, *dies magnus dies Parasceves* ܥܪܘܒܬܐ *est.* Tota res in eo pendet in quanam significatione accipiat Aphraates nomen ܥܪܘܒܬܐ et an tria nomina : ܚ̈ܫܐ : ܚ̈ܫܐ ܕܥܪܘܒܬܐ : ܕܦܨܚܐ ܚ̈ܫܐ idem designent. Certe, regula, quam proponit pro casu illo, quando *dies passionis* cum *die Dominica* concurrit, regulae a synodo Nicaena statutae nequaquam correspondet, cum hic ܚ̈ܫܐ ܕܦܨܚܐ diem passionis designet. Alia difficultas in eo est, quod nequit erui utrum *dies paschatis* ex mente eius dies aliquis *hebdomadae* fixus, an vero dies certus *lunae* fuerit, nam n. 8 (Demonstr. XII) dicit : *Iudaeorum pascha dies decimus quartus* [est], *nostrum autem, dies passionis, dies magnus est parasceves* (ܕܥܪܘܒܬܐ),

Cum itaque ex mente tum auctorum antiquorum tum recentiorum mors S. Simeonis non ante annum 339 nec ultra annum 345 acciderit, ad rem illustrandam addimus tabulam terminorum paschalium dieique Resurrectionis iuxta Kalendarium Iulianum pro annis 338-345.

ANNO		LUNA 14.	DOMINICA RESURRECTIONIS.
GRAECORUM.	DOMINI.		
649	338	21 Martii	26 Martii
650	339	9 Aprilis	15 Aprilis
651	340	29 Martii	30 Martii
652	341	17 Aprilis	19 Aprilis
653	342	5 Aprilis	11 Aprilis
654	343	25 Martii	27 Martii
655	344	13 Aprilis	15 Aprilis
656	345	2 Aprilis	7 Aprilis

Tres igitur anni, uti videtur, condicioni expositae respondent,
652 Graecorum 341 Dñi Luna 14. 17 Aprilis, Dom. Res. 19 Aprilis;
654 — 343 — — 25 Martii — — 27 Martii;
655 — 344 — — 13 Aprilis — — 15 Aprilis.

Annum 341 Assemani elegit[1] fretus auctoritate Cod. Vat. Syri 160, qui initium persecutionis anno 31 Saporis (339/40) ponit. Cum vero annus Saporis 339/40 Dñi sit, non vero 341, ad difficultatem effugiendam Assemani sic ratiocinatur : Iuxta Codicem Vat. Syr. 161 mors Simeonis eodem anno evenit, quo *caedes magna* martyrum in civitate Karka-d-Ledân perpetrata est, in codice autem antiquiore eventus iste anno 32 Saporis (340/1) ponitur, unde Assemani concludit martyrium Simeonis anno 341 accidisse. Ineptia totius argumenti manifesta est. Assemani enim chronologiam duarum recensionum contra ius et fas permutare cogitur, ut conclusiones suas stabilire possit. E codice Vat. Syro 160 desumit annum *caedis magnae* et e codice Vaticano Syro 161 probat annum caedis magnae eundem esse, quo S. Simeon martyrium subiit. Inconsequentia

dies decimus quintus nocte et die sua. Hic igitur Parasceve idem est ac dies decimus quintus. His tamen verbis repugnare videntur, quae in fine Dem. observat : *Si de his solliciti essemus ac de decimo quarto die solummodo curaremus, non autem de consuetudine* [festi] *quotannis celebrandi : placeret nobis cuiuscunque mensis diem decimum quartum observare et cuiusque hebdomadae parasceven lugere...* Igitur semet iis opponit, qui modo quartodecimanorum soli diei lunari 14^{ae} insistunt et parasceves diem negligunt, nec tamen mentem suam accuratius exprimit.

[1] St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. LXXV sq.

autem, in quam hac ratione incurrit, apprime illustratur methodo illa, qua Cod. Vat. Syrum 161 tractat, qui annum 31 Saporis eundem dicit cum anno 655 Graecorum, scilicet anno 344 D. Dicit nempe manuscriptum hunc codicem (quo antea tam ingeniose usus est ad assertiones suas probandas), ab aliquo amanuensi vitiatum esse, proinde in praeiudicium codicis antiquioris vocari non posse. Assemani proinde aut non debuisset uti codice illo, aut probare debuisset differentias codicis huius auctoritate historica carere, quod tantum abest, ut ex ipsa hac recentiore Martyrii S. Simeonis plurimae exaggerationes erroresque MS_1 corrigi possint, sicut infra probabitur.

Etiam Amrus[1] diem martyrii S. Simeonis diem 13 Aprilis anni 655 dicit; consentit itaque cum computatione MS_1. Quaenam autem computationum diversarum veritati proxime accedat ex scriptis Aphraatis compertum habemus.

6. Notum est Aphraatem « Demonstrationes » suas in duas dividere partes, pro tempore, quo illas exaravit. Primam partem demonstrationum suarum (I-X) se anno 648 composuisse dicit. In fine Dem. ultimae de « Acino » ait : *Hanc tibi epistolam mense Ab scripsi anni 656 Alexandri,* quibus verbis terminum ultimum indicat, quo Demonstrationes compositae sunt. Dem. XXII, 22 (versus finem) dicit : *Sermones illos viginti duos ad ordinem viginti duarum litterarum composui. Decem priores exaravi anno sexcentesimo quadragesimo octavo regni Alexandri filii Philippi Macedonis, prout in ipsorum fine subscriptum est : duodecim autem illas posteriores anno sexcentesimo quinquagesimo quinto regni Graecorum et Romanorum scilicet regni Alexandri et anno trigesimo quinto Saporis.* Igitur secundam partem operis eodem anno exaravit, quo iuxta MS_1 S. Simeon occisus est. In prima collectionis parte certe non potuit adhuc loqui de persecutione, in altera tamen eandem explicite commemorat et eiusdem etiam chronologiam exhibet in fine Homiliae de Acino, ubi hac de re sic loquitur :

Scripsi tibi epistolam hanc, carissime, mense Ab anno 656 regni Alexandri, filii Philippi Macedonis et anno 36 Saporis regis persae, qui fecit persecutionem, anno quinto postquam ecclesiae dirutae sunt, anno quo caedes magna martyrum facta est in terra Orientis, postquam haec XXII *capita iuxta litteras composita alterum post alterum exarari*[2].

Hinc clare sequitur Aphraatem duos eventus distinguere :

1° dirutionem ecclesiarum, quae facta est anno 651 Graecorum;

2° cladem magnam stragemque martyrum, quae facta est anno 656.

[1] Gismondi, *op. cit.*, 19 (11).

[2] Verba citat etiam Georgius Arabum episcopus, vid. apud Forget, *De vita et scriptis Aphraatis,* Lovanii, 1882, p. 17.

Quodsi annus 656 = 36 Saporis est,

tunc 651 = 31 Saporis quo ecclesiae dirutae sunt, quo etiam iuxta MS_1 persecutio exordium sumpsit.

Quinam autem eventus designatur nomine ܩܛܠܐ ܪܒܐ « caedis magnae »? Ad hanc quaestionem ipsa martyrum Acta respondent. ܩܛܠܐ ܪܒܐ caedes magna appellatur tumultuosa martyrum trucidatio in urbe Karka-d-Ledân facta anno 32 Saporis regis in subscriptione Codicis Vaticani Syri n. 160 fol. 92r : ܫܠܡ ܒܢܗ ܩܛܠܗ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܕܩܛܠܐ ܪܒܐ ܕܩܕܝܫܐ ܣܗܕܐ ܕܐܠܗܐ ܕܗܘܐ ܒܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙܝܐ « Desinit (enarratio) de occisione S. Simeonis et de *caede magna* sanctorum Dei martyrum, quae facta est in territorio provinciae Huzitarum ». Ex Actis autem compertum habemus caedem hanc eam fuisse quae omnes reliquas superaret. Edicto enim die parasceves promulgato ex cuius tenore omnes, qui noluerint solem adorare, poena capitis afficiantur. Per decem dies Christiani non solum ad necem conquirebantur, sed sola confessio nominis Christiani causa sufficiens habebatur ad eos perdendos; spretis enim formulis iudicii ferendi sola quaestio proponebatur accusato, quamnam religionem sectaretur, et si semet Christianum professus est, illico occisus est, qua ratione plurimi perierunt. Quantus fuerit furor persecutorum inde patet, quod ipse Azad eunuchus regi amantissimus, qui martyrium ex amore Christi subire volens se monachum simulavit, in caede tumultuosa periit. Cum igitur ab anno primo usque ad annum septimum (ceterum neque postea), caedes martyrum nec tam multae nec tam tumultuosae fuerint, merito infertur « caedem magnam » de qua Aphraates loquitur, eandem esse, quam Acta falso anno 32 Saporis ponunt. His praemissis conspectum martyriorum addimus, quae in collectione antiquiore exhibentur exclusis martyriis SS. Milis et Baršabiae, quorum annus martyrii incertus est.

Anno 2 persecutionis, Luna 20 Šebat : Martyrium Sahdost (ܫܗܕܘܣܛ) episcopi Seleuciae et Ctesiphontis cum 120 martyribus [1]. Causa martyrii : commoratio regis in urbe Seleuciae, qua occasione rex, uti videtur, restaurationem ecclesiarum impediturus plures clericos et aliquot moniales occidi iussit.

Anno 4 persecutionis, Luna 1 Tišri ḥraj : Iohannes episcopus Arbelorum et Iacobus diaconus occisi ab Ardašir fratre Saporis [2].

Eodem anno, Luna 10 Tišri ḥraj : Martyrium Narse (ܢܪܣܝ) episcopi urbis Šaharkadt cum aliis viginti [3].

Anno 5 persecutionis, Luna 5 Šebat : Abrahami occisio, successoris Iohannis episcopi Arbelorum [4].

[1] St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 88. P. Bedjan, *op. cit.,* II, 276.

[2] P. Bedjan, *op. cit.,* t. IV, p. 128.

[3] St. E. Assemani, *op. cit.,* t. I, p. 97. P. Bedjan, *op. cit.,* t. II, p. 284.

[4] P. Bedjan, *op. cit.*, t. IV, p. 130.

Eodem anno, Luna 6 *Nisan :* Trucidatio 120 martyrum in urbibus Seleucia et Ctesiphonte rege ibidem denuo commorante [1].

Anno 6 *persecutionis, Luna* 12 *Kanun :* Martyrium Ḥananiae laici arbelitani [2].

Eodem anno, Luna 9 *Kanun ḥraj :* Martyrium Barba'šmin (ܒܪܒܥܫܡܝܢ) episcopi Seleuciae et Ctesiphontis cum aliis 16 martyribus. Causa : delatio episcopi utpote hominis ferocis et alios ad seditionem contra edicta regia excitantis [3].

Iam schema hoc abunde ostendit nullum martyriorum horum cum « caede magna » Christianorum identificari posse. Idem sequitur, si ipsa Aphraatis scripta examinentur. Summi autem pro re nostra momenti est Dem. XIV quae, ut suscriptio testatur, 14 Šebat anni 655 Alexandri et 35 Saporis composita est.

Est autem exhortatoria haec Demonstratio quasi encyclica epistola quaedam, nomine episcoporum, uti videtur, in parte septentrionali Mesopotamiae congregatorum ad episcopos, clerum, fidelesque Seleuciae aliorumque locorum missa. Si autem verum est persecutionis initium et Simeonis martyrium anno 31 Saporis, seu anno 341 evenisse, Aphraates Demonstrationem XIV anno quarto post martyrium Simeonis conscripsisset, uti hoc e computatione Assemani concludendum est; iure igitur et merito ibidem expectabuntur aliquae saltem allusiones ad eventus funestissimos, qui Seleuciae evenerunt, eo magis quod epistola Aphraatis ad Christianos Seleuciae degentes directa fuerit. Nihil tamen horum in hac epistola invenitur. Tenor eiusdem commonentis est, velut ante calamitatem, cuius ortus expectatur. Ambitio et aemulatio pastorum reprehenduntur, quae vix possibiles essent eo tempore quo epistolae compositio ex mente Assemani supponenda esset, ambitio enim tempora pacifica supponit.

Neque in homiliis quidem subsequentibus agitur adhuc de persecutione Christianorum, hac de re Aphraates demum Dem. XXI agere incipit, ubi obiectio Iudaei cuiusdam *sapientis* refutatur, cur scilicet Christus, si Deus sit, plebem suam affligi et vexari sinat. Dem. XXII de novissimis tractans eundem tristem redolet tenorem, qui in Dem. XXIII « De Acino » in lamenta erumpit, quibus Aphraates caedem fidelium et eversionem ecclesiarum amare luget. Temporis quoque successio, quo Demm. XIV-XXIII compositae sunt summopere commendat computationem MS_2, quae Martyrium S. Simeonis anno 655 evenisse asserit, Demonstratio enim XIV mense Februario conscripta est, anno 655 Graecorum seu 344 a. D. vix duobus mensibus ante mortem S. Simeonis.

[1] St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 105. P. Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 291.
[2] P. Bedjan, *op. cit.*, t. IV, p. 131.
[3] St. E. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 111. P. Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 296.

Exordium sumit de peccatis castigandis, quae inter Christianos invaluere, dein ad alia surgit vitia reprehendenda, quae sat aperte innuunt, Christianos adhuc civilem quamdam auctoritatem possedisse : *Surrexerunt* — inquit n. 3 — *in populo nostro duces, qui legem dereliquerunt et gloriati sunt in iniquitate. Possessiones sibi comparaverunt et avaritia devicit eos. Mutuo dederunt sub usuris, foenusque acceperunt.....* N. 8 allusiones magna cum cura velatae leguntur, quae ad agendi rationem pertinent aliquorum Christianorum, qui honores civiles adepti diversas iniurias contra fratres committunt :

Repertus est — inquit n. 8 — *apud nos quidam frater noster corona insignitus, quem regio sua nulla observantia colebat. Cum ergo a sua provincia non exciperetur, reges alio procul distantes adiit, catenas vinculaque ab eis expostulans, quae in regionem suam et civitatem suam distribuit... Audiat sapiens et intelligat : propterea enim haec scribimus, dilectissimi. Nam cum rex coronam cingit in civitate sua, et in medio principum suorum regnum suscipit, cumque omnes bono erga eum animo facti sunt, tum arcam ingreditur, donaria plurima sumit et cunctis principibus suis dispertitur...*

N. 9. *Audite iterum, carissimi. Si contingat, ut aliquis rex magnus super possessiones suas universas et omnem regiam constituat procuratorem, ille vero inique se gerat, adversus conservos suos se extollat, ac contra regis ministros efferatur, eosque sine iudicio aut excusatione apprehendat..., servi autem illi de carcere et de custodia querantur et domino suo denuntient : Praefectus ille tuus, conservus noster vinculis nos alligavit scelere insontes, non autem iudicavit, neque interrogavit nec reos citavit; quid vobis videtur, fratres? Numquid praepositus ille domini sui laude probabitur?*

Valde probabile est agi de episcopis qui potestate sua abusi sunt, nam infra luculenter de episcopis loquitur dicens, n. 23[1] :

Insuper quod pertinet ad ea, quae vobis scripsimus, dilectissimi, scitis eos, qui legem obtinent et postestatem [gerunt] in populo nostro, invidia atque odio, propter avaritiam, captos esse. Doctrina nostra moribus nostris concordat : manifeste ambulavimus et manifeste castigati sumus. Nam et cum sanctam manuum impositionem homines a nobis accipiunt, soli impositioni intendunt nec nostro tempore cito reperitur vir, qui roget : Quis timet Deum? sed magis : Quis est in ordinatione antiquior? Statimque ut auditum fuit : Iste senior est; dicunt ei : Primario loco [te] oportet adsidere.

Verba sat clara sunt. Ambitionis itaque vitium inter viros ecclesiasticos late grassabatur. Quodsi vero mortem S. Simeonis cum Assemani anno 31 Saporis computare velimus, verba haec eo tempore scripta esse dicendum

[1] *Patrologia Syriaca*, p. I, t. I.

esset, quando Barba'šmin regebat Orientis ecclesiam[1], qui teste Barhebraeo[2] episcopos et religiosos enixe hortabatur, ut vestes mutarent albasque saecularium instar induerent, quo illatam ab impio Sapore persecutionem declinare possent. Nec facile probabile est tempore tam periculoso aliquem virum ambitiosum honores quaerere, qui ei nihil utilitatis, imo detrimentum potius afferre poterant. Demum e n. 45 eiusdem Dem. patet pacem mutuam episcoporum ecclesiae Orientis etiam discidiis turbatam fuisse, ad quas potissimum componendas Aphraates epistolam suam se conscripsisse testatur. Nec obstant allusiones ad diversas calamitates, quas ibidem frequenter commemorat; annus enim quartus agebatur, quo ecclesiae destrui coepere, non ergo mirum est, si probationes Ecclesiae inflictas recolat easque in poenam peccatorum ab ipsis principibus Ecclesiae commissorum accidisse statuat.

Persecutio proinde re vera anno 31 Saporis incepta est, uti Martyria utraque recte statuunt; errant autem, cum mortem Simeonis hoc eodem anno accidisse dicunt. Ceterum ex ipsis martyriis liquet, documenta origine tenus utrosque eventus distinxisse, prout ex duobus datis, 31 anno Saporis et 117 anno Sassanidarum liquet, hi itaque numeri per errorem inexplicabilem ad eundem eventum referebantur, atque ex hac identificatione alius error ortus est. Reliqua enim martyria, quae pariter origine tenus a morte S. Simeonis numerata esse videntur, martyrio S. Simeonis anticipato, annis quatuor remota sunt. Alia quaestio tamen est, utrum falsa haec computatio annorum omnia martyria affecerit an aliqua tantum? Responsum ipsa Acta Martyrum exhibent. Persecutio nimirum anno 31 Saporis incepta usque ad mortem Regis perduravit, porro notum est ex Actis 'Akkebšmae, anno 37 Persecutionis (proinde 378 fere anno Dñi), novum edictum contra Christianos exiisse et sanctos istos Martyres, qui cum 'Akkebšma passi sunt, per triennium in custodia detentos et multis cruciatibus tortos esse; hinc liquet martyrium 'Akkebšmae et sociorum recte in Actis statui[3], anno ultimo Saporis, 379 evenisse, et sine dubio etiam idem dicendum erit de Actis S. Martyrum captivorum[4], qui anno 53 Saporis martyrium subiisse dicuntur, id est anno 362, initio belli longi Iuliani apostatae cum Sapore; numerus itaque cum eventibus aliunde notis concordat, proinde nulla ratio est, cur veritatem anni martyrii in dubium vocemus,

[1] Sic Acta Šahdost et Barba'šmin, quibus assentitur Barhebraeus; Amr ibn Matta contra sedem Seleucensem annis tribus vacasse dicit et mortem šahdost anno 661 evenisse statuit.

[2] I. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei chronicon ecclesiasticum,* t. II, Lovanii, 1874, p. 39.

[3] St. E. Assemani, *Acta SS. Martyrum orientalium et occidentalium*, t. I, Romae, 1748, p. 178.

[4] *Ibid.* p. 134.

probabiliter etiam concordat cum Actis ܒܪܫܒܝܐ Baršabia diaconi anno quintodecimo persecutionis occisi[1], qui ultimus est seriei, cuius annus mortis in Actis recte statutus esse videtur, praecedunt enim martyria S. Iacobi et Mariae sororis eiusdem monialis[2] atque martyria Theclae et sociarum[3] anno septimo persecutionis sublatarum. Lacuna magna inter annos 7 et 15 persecutionis terminum indicare videtur confusae numerationis ex qua numerus rectus obtinetur si annis correspondentibus Saporis numerus quaternarius additur.

7. Quod vero attinet ad annum 117 aerae Sassanidarum, alium hic quoque errorem latere suspicor. Historia enim magnae caedis in urbe Karka-d-Ledân commissae ad annum secundum persecutionis ponitur et expresse statuitur eam decem dies durasse : a feria nempe sexta parasceves (ܥܪܘܒܬܐ) usque ad Dominicam in albis, ut voce latina familiari utar. Anno autem 117 Sassanidarum respondet annus 343 Christi, quo anno dies Paschatis incidit ad diem 27 Martii et Luna 14 ad diem Parasceves, eodem prorsus modo, uti hoc Acta describunt. Anno autem seq. 344, quo ex Aphraate martyrium Simeonis contigisse ostendimus, Luna 14 incidit in diem 13 Aprilis et Dominica Paschatis in diem 15 eiusdem mensis; proinde prorsus analogo modo. Auctor igitur documenti antiquissimi, quo compilator primae redactionis martyrii S. Simeonis usus est, occisionem Simeonis anno 343 statuisse videtur, cum quo convenit alter annus 344, quando Luna 14 duobus diebus Dominicam Paschatis antecessit; auctor contra recensionis secundae, qui mortem S. Simeonis ad annum 655 Alexandri ponit id est ad annum 344, caedem magnam, quam supra ad eandem narrationem pertinuisse demonstravimus, non potuit ad annum sequentem differre, quo Luna 14 Nisan ad 2 Aprilis et Dominica Paschatis ad diem 7 Aprilis incidit, secus enim 10 dies caedis computare nequaquam potuisset. Hinc statuit caedem illam eodem anno evenisse, uti in fine eiusdem dicit :

ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܐܬܓܕܫ ܒܫܘܪܝܐ ܕܪܕܘܦܝܐ ܕܝܠܢ ܒܫܢܬ ܠܐ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܫܒܘܪ ܒܪ ܗܘܪܡܝܙܕ: ܒܩܛܠܐ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘܐ ܒܗܠܝܢ ܥܣܪܐ ܝܘܡܝܢ ܡܢ ܚܡܫܐ ܒܫܒܐ
ܕܦܛܝܪܐ ܥܕܡܐ ܠܚܕ ܒܫܒܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܚܕܘܬܐ: ܒܡܠܬܐ ܗܕܐ ܕܝܠܢ ܟܢܫܢ ܐܢܝܢ.

Haec itaque, quae initio persecutionis nostrae evenerunt anno 31 *regni Saporis filii Hormizad in caede prima quae facta est decem diebus illis a feria V Azymorum usque ad dominicam secundam laetitiae, hoc nostro sermone comprehendimus,* etc. (Cfr. Bedjan, *op. cit.*, t. II, p. 247.)

Assemani quidem difficultatem in computandis annis eodem modo effugit, attamen contra ius et fas permutans numeros, ut statuere possit annum 341 annum esse occisionis Simeonis. E contextu tamen manifestum est annum 31

[1] St. E. Assemani, *op. cit.* p. 120.
[2] *Ibid.* p. 123.
[3] *Ibid.* p. 122.

Saporis ad totum martyrium S. Simeonis pertinere et non ad eius initium solummodo; contra annus 32 caedis magnae eidem praemissus aperte demonstrat, auctores duos eventus chronologice separare voluisse. Sed fors urgeri posset defectus subscriptionis in codice Vaticano syriaco 160 ad finem martyrii S. Simeonis, uti supra ostendimus. Certe obiectio momenti alicuius esset, si nullos alios fontes rerum istarum cognoscendarum haberemus, cum tamen ex Aphraate certum sit caedem illam anno 656 Graecorum accidisse et mortem Simeonis altera recensio Martyrii ad annum 655 ponat, e mero defectu subscriptionis nihil erui potest[1].

8. Restat, ut reliquas differentias notabiles utriusque recensionis martyrii S. Simeonis perpendamus.

Differentia summi momenti in agendi et loquendi ratione Simeonis cum rege sita est et summa attentione digna. Causa enim totius calamitatis amissi pastoris Simeonis et ipsius persecutionis diverso prorsus modo in utraque describitur recensione. De praeambulis huius eventus atque de systematica dirutione ecclesiarum, quae mortem Simeonis quatuor annis praecessit utraque martyria tacent ex falsa suppositione Simeonis martyrium initium persecutionis fuisse; de ipsa causa proxima eiusdem longe diversa statuunt.

Etenim iuxta MS_1 n. 10 post « subiectionem » (ܫܥܒܘܕܐ), qua Sapor Christianos afflixisse dicitur, Simeon eiusmodi epistolam ad regem misisse narratur :

[1] Pariter Amr ib Matta, quem nuper allegavimus et breviarium Nestorianum quod memoriam eius feria VI quae sexta est aestatis recolit verbis (Cod. Vat. syrus n. 83, fol. 437[a]) :

ܥܪܘܒܬܐ ܕܫܬܐ ܕܩܝܛܐ : ܕܘܟܪܢܐ ܕܪܒܢ ܡܘܫܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܨܝܕܐ ܘܕܪܝܫܗ (sic) ܝܘܚܢܢ ܒܪ (sic) ܟܠܕܘܢ܀ ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܘܟܪܢܐ ܠܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܥ̈ܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܦܛܪܝܪܟܐ܀ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܦܦܐ ܩܬܘܠܝܩܐ. ܘܐܒܗ̈ܬܐ ܕܐܬܟܠܠܘ ܥܡܗ܀ ܘܗܠܝܢ ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܚܫܐ ܐܬܟܠܠܘ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘܢܝ̈ܐ. ܘܐܬܥܒܪ ܕܘܟܪܢܗܘܢ ܠܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝ̈ܢܐ ܕܐܝܬܝܗ ܓܘܢܝܬ ܠܟܠܗܘܢ ܣܗܕ̈ܐ. ܡܛܠ ܕܒܗ ܒܥܪܘܒܬܐ ܐܬܩܕܫ : ܡܕܒܚܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܥ̈ܐ ܒܟܪܟܐ ܕܠܕܢ. ܘܐܬܩܒܪ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܫܘܫܢ ܕܒܥܝܠܡ ܘܡܬܩܪܝܐ ܛܝܝܐܝܬ ܣܘܣ܀

Sexta Feria VI Aestatis. Commemoratio Rabban Mose e Beth Sayyada, et praepositi eius Ioannis filii Chaldun. Et eadem [die] fit commemoratio Már Simeonis Bar Sabba'e Catholici, Patriarchae, discipuli Már Pápa Catholici Patrumque qui una cum eo coronati sunt. Et isti feria VI passionis coronati sunt anno 655 Graecorum. Commemoratio eorum translata est ad feriam VI Confessorum, quae communis est omnium Martyrum. Colitur autem feria ista VI, quia ea [feria] consecratum est altare Már Simeonis Bar Sabba'e in [urbe] Karka-d-Ledan. Et sepultus est Már Simeon in Susan, quae est in 'Elam, et vocatur arabice Sus. [Transcribit inter lineas : سوس (sic).]

Cfr. P. Bedjan, *Breviarium Chaldaicum*, pag. ܕܢܕ seqq.; *Acta sanctorum et martyrum*, t. II, p. 207, n. 2. Compilatorum imperitissimus Bar 'Ebraya confundit res scribens : *Etiam ille* [*occisus est*] *dic* ܐܬܩܛܠ ܐܦ ܗܘ ܒܡܥܠܝ ܥܪܘܒܬܐ ܕܫܒܬܐ ܕܚܘܕܬܐ ܕܡܛܠܗܕܐ ܐܬܩܪܝܬ ܗܝ ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝܢܐ. *feriae sextae hebdomadae in albis, quae propterea appellatur feria VI confessorum.* Vid. I. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei chronicon ecclesiasticum*, t. III, 1877, p. 35.

Christus redemit Ecclesiam suam occisione sui, liberavit plebem suam sanguine suo, alleviavit onustos oneribus gravibus passione sua, iugum subditorum leve effecit cruce sua. Promissum nobis promisit in saeculo altero alio : dominium suum in aeternum permansurum. Iesus est rex regum; nolite igitur imponere humero nostro jugum subactionis vestrae. Absit nobis, nobis liberatis, ut denuo servitute serviamus homini. Deus noster dominus est dominationis vestrae; quapropter dominium collegarum nostrorum in caput nostrum nequaquam assumimus. Deus noster creator est deorum vestrorum, et [ideo] creaturas eius, uti vos, non adoramus. Qui nobis mandavit : Nolite possidere aurum, neque argentum in marsupiis vestris. Non est nobis aurum, quod vobis demus, neque pecunia, ut vobis tributum solvamus. Et Apostolus eius monuit nos : Pretio magno redempti estis : nolite fieri servi hominum!

Fatuitas scripti huius apocryphi primo obtutu manifesta est. Rex tributa postulat et Simeon respondet : nos tributum non damus, quia pecuniam non habemus et quia Christus Ecclesiam suam liberavit, quasi redemptio a Christo effecta non ordinem supernaturalem, sed relationem subditorum ad principes saeculares afficeret. Summae porro fatuitatis est sermonis tenor arrogantiae plenus : « Absit, nobis, ut denuo servitute serviamus homini. » Quis unquam Patrum Ecclesiae verba tantae ignorantiae pronunciare ausus est? Assemani quidem cum existimet haec omnia a Maruta conscripta esse, defensionem tantae fatuitatis suscepit; quod negotium par homini erat, qui dum iniustis criminationibus aliis notam malignam inferre solebat, levitatem quamdam manifestat, qua de valore Actorum a se editorum iudicabat. Simplex enim comparatio epistolae huius cum eventibus in MS, narratis eum certum reddidisset, « epistolam » istam apocryphum opus esse vesani alicuius, qui eam e pluribus epistolis a MS, exhibitis imperitissime et nefarie compilavit [1].

[1] Narratio ista iam antiquissimo tempore in linguam graecam translata est atque ab Hermia Sozomeno relata, qui martyrium aliud Simeonis certe ignoravit. Tillemont in opere : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, Paris, 1700, t. VII, p. 79 relata historia, ait : « *Les nouveaux Grecs disent, que Ctesiphon et Salec* [*ou Seleucie*] *qu'ils transforment en des Seigneurs de Perse, accusèrent le Saint et beaucoup d'autres chrétiens avec luy, de ne vouloir point paier les tributs, comme si c'eust esté une servitude indigne d'eux. Mais ils disent, que S. Simeon avoua ce crime et en fit mesme une déclaration précise au nom de tous les chrétiens dans une lettre ecrite au Roy* [*comme s'il n'eust pas lu S. Paul*].

Ad quod Assemani *op. cit.*, p. 38, n. 9 : « *Auream* (?) *hanc S. Simeonis Epistolam... nedum vellicat Tillemontius, Hist. Eccl. tom. VII. Quasi vero, inquit, Apostolicam doctrinam de servitute et obedientia, Principibus seculi praestanda haud primoribus labiis degustasset Simeon* [attende, qua ratione transferat verba Tillemont]; *verum et ipsam, tamquam supposititium Graecorum opus explodit. At emunctae naris vir si eam in Chaldaicis hisce Actis integram legisset, palinodiam utique caneret et suam a vestigio*

Recensio nimirum altera narrat S. Simeonem a rege accitum esse, ut tributum duplex a Christianis exigeret et regi offerret. Aliis verbis : Sapor rex Simeonem simili dignitate honorare voluit, qua ריש גלותא princeps Iudaeorum inter populares suos in Perside viventes pollebat, sperans exactionem tributorum hac ratione faciliorem fore atque periculum rebellionis Christianorum diminui, si non immediate a se, sed a praeposito sibi episcopo exspoliarentur. Hoc autem ex ipsa epistola apocrypha S. Simeoni attributa manifestum est; verba enim : *quapropter dominium collegarum nostrorum nequaquam assumimus,* sine praevia hac invitatione Regis ad tributa colligenda nequaquam intelliguntur. His autem ipsis verbis compilator narrationis MS_1 sat aperte prodit se epistolam illam inepte concoquisse e longiore relatione eventus totius, quem arbitrarie in compendium redegit. Idem valet de verbis ad tributum pertinentibus. A priori impossibile est Christianos ditioni Persicae subditos immunitate a tributis unquam gavisos esse; protestatio proinde Simeonis si simpliciter *de tributis* agitur, caret sensu, aut vero tantae fatuitatis est, quae effectus actionum cum praecipitatione commissorum pensare nequeat. Si enim S. Simeon epistolam illam reapse regi misisset, dignus esset non qui ut sanctus coleretur sed qui utpote homo vesanus in بيمرستان in loco fatuorum collocaretur. Qui enim fieri potest ut vir, velut S. Simeon, qui testibus Actis amicitia regis fruebatur, perpendere nequeat se rudibus suis verbis regem offensurum esse atque sibi et omnibus Christianis exitium paraturum? Ceterum ignorantissimus compilator MS_1 se ineptum esse atque in rerum et circumstantiarum cognitione parum versatum aliter quoque manifestat.

In MS_1 enim triplex nuntium regis ad Praefectos Bet Aramaye i. e. سورستان distinguitur. Nuntio primo Praefecti jubentur S. Simeonem comprehendere et tamdiu tenere, donec promittat se tributum duplex Regi exhibiturum et a Christianis collecturum.

opinationem improbare coactus fuisset. Nostrum itaque est, quum laudatam Epistolam in Praefatione huius operis genuinum Sancti Simeonis foetum iam comprobaverimus, ipsam itidem ab omni censurae labe vindicare. »

Ratio tamen, qua vindicationem istam ingreditur sat singularis est. Ex effatis scilicet patrum probare nititur S. Hilarium, Hieronymum, Augustinum eandem doctrinam de immunitate Ecclesiae *iure divino* tenuisse. At contra advertendum est, hanc doctrinam saeculo IV ortam esse, quando Ecclesia principibus faventibus variis privilegiis cumulata est, contra antiquiores saeculo IV patres qui in conditione simili cum christianis Persis versabantur, doctrinam istam ignorabant; porro verba Hieronymi ab Assemani citata manifeste non quaestionem *iuris*, sed *facti* respiciunt; dicit enim : *Ergo tributa, quasi regum filius non debebat, sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iustitiam : nos infelices, qui Christi censemur nomine et nihil dignum tanta facimus maiestate, ille pro nobis et crucem sustulit et tributa reddidit : nos pro*

Rescripto secundo Rex mandato suo primo minas plurimas addit et caedem promittit Simeoni nisi sibi obedire velit. Simeone autem obedientiam recusante edictum tertium ܦܬܓܡܐ mittitur, quo dirutio ecclesiae S. Simeonis atque eiusdem deportatio in urbem Karka-d-Ledan a Sapore nuper aedificatam decernitur.

MS_1 nihil horum continet; post litteras primas Simeon a rege furibundo captivus deportari iubetur atque ad Regem ingressus eadem agit insolentia, qua epistolam exaravit : non enim « adorat », id est nullam reverentiam regi debitam exhibet, sed erecto fronte ei se sistit.

MS_2 hanc enarrationis partem ignorat; Simeon ad regem ingressus eum more solito « adorat », quo facto a Rege interrogatur :

« Quaenam rebellio haec Simeon, quam adversus me monstrasti » quae quaestio ei qui humanam naturam novit probabilissima videatur. MS_1 contra statim post negatam salutationem regem furore repletum Simeoni dixisse refert : « Nunc vera reputo omnia, quae de te audivi. Cur prius adorabas et modo non adorasti? » Cui Simeon : « Nam prius adoravi, quia non in catenis veneram, nec ut Deum meum verum relinquam, postulatus sum ». Responsum Simeoni eandem quam epistola redolet vulgarem prorsus protervitatem et insuper mentitur. Nam usque ad momentum quo Simeon intravit, a Rege ad apostasiam haud sollicitabatur; qua ergo ratione respondere potuisset se prius non esse accersitum ad Deum verum relinquendum? Iam ipsae hae exaggerationes, quae ceterum etiam in responsis Guštazad et Pusai observantur totam methodum rerum narrandarum ab auctore MS_1 observatam suspectam reddunt nec revera ab altero redactore receptae sunt, qui enarrationem non solum intrinsecus probabiliorem, sed etiam multo exactiorem reliquit. Sic aedificatae urbis Karka-d-Ledan descriptio [1], nomina episcoporum cum S. Simeone occisorum [2], sermo S. Simeonis de haereticis vitandis non solum

illius honore tributa non reddimus et quasi filii regis a vectigalibus immunes sumus.

[1] Ms_2, num. 26. Juxta Nöldeke, *op. cit.*, p. 55, Karka-d-Ledan idem est ac Erān Churra Sapūr significans Sapor et terra eius, probabiliter eadem civitas est quae in « Libro Regum » Jules Mohl, *Le livre des Rois par Abou'lkasim Firdousi.* Collection Orientale, t. V, p. 473; Paris, 1866. كنام اسيران Kunām-i-Asirān appellatur atque a Sapore in Ahwaz aedificata esse dicitur. Nomen autem a captivis (أُسَرَاء.) nacta est, qui testibus Actis MS_2 ib.) ex Armenia, Kurdistān, Arabia imperioque Romano illuc deportati sunt. Descriptio urbis fundatae in mentem revocat expeditiones lingua assyriaca *girrē* nuncupatae regum Assyriae et Babyloniae, qui eodem prorsus modo captivos regionum diversarum congregavere.

[2] Episcoporum nomina haec sunt : 1) Duo episcopi provinciae Mayšān seu Messenes, meridionalis partis Mesopotamiae, quae post annum 129 ante Chr. libera a Seleucidis facta est atque regnum sui iuris mansit usque ad annum 226 post Chr., quo fere tempore tota regio ab Ardašir rege primo Persarum atque conditore dynastiae Sassanidarum sub-

historica ratione magni sunt momenti, sed etiam studium auctoris MS, illustrant atque eius veracitatem magnopere commendant. Alter econtra redactorum martyrii vir ingenio superficialis, pronus ad rhetoricas declamationes, levis in rebus referendis fuisse videtur. Odium quo adversus Persas ferebatur in ore virorum ponit, quos loquentes introducit, adscribit eam agendi rationem quam in simili condicione sanum hominem non decet.

9. Ceteroquin non obstantibus Actis Martyrum imperfectam tantummodo notitiam persecutionis habemus. Omnia enim acta momentum ultimum cruentae tragoediae exhibent, de praeambulis nihil nobis certum. Ut autem omnia, quae certa videntur, recolamus, hanc chronologiam initii persecutionis statuimus.

31 Saporis, 340 A. D. Exordium destructionis ecclesiarum.

35 — 344 13 Lunae 12 Nisan kalendarii Iuliáni : Interfectio Guštazad archieunuchi.

— — — 14 Luna 13 Nisan Martyrium Simeonis Archiepiscopi Seleuciae et sociorum.

iugata est. De quo cfr. Reinaud, *Mémoire sur le commencement et la fin du royaume de la Messène,* Paris, 1861, p. 20-47. Alter episcoporum dicitur *Bolida'* urbis Prat Maysān = (Bassora, iuxta Hamza Ispahāni) ab Ardašir fundata, alter *Ioannes* episcopus urbis Karka-d-Mayšān = Χαραξ σπασίνου Χαραξ; iuxta Plinium *Hist. n.* VI, 31 urbs ab Alexandro M. fundata in confluvio Tigridis et Eulaei; episcopatus hic metropolitae Prat-Mayšanensi subiectus erat tempore synodi Mar Isaaci, cfr. Braun, *Das Buch der Synhados,* p. 30.

Duo episcopi Bet Lapat civitatis : Sabiana [Sabinus? ut vult Assemani, *op. cit.*, p. 41] et Gdayahb [Gadiahb?] qui S. Milem consecravit eumque ad evangelizandam Susan civitatem delegavit. Episcopatus hic iam tunc temporis extensissimus fuisse videtur, uti hoc ex ipso numero episcoporum concluditur; fieri potest tamen civitatem duos episcopos per modum abusus habuisse a synodo Isaaci reprehensi. [Braun, *op. cit.,* p. 12.] Regio Bet Lapetensis iam ante S. Māri apostolum Orientis evangelizata est a mercatoribus graecis [Bedjan, *op. cit.,* t. I, p. 89] hinc iam antiquitus rivalis facta est Catholici Seleucensis; adhuc tempore Mar Isaaci Agapetus, cuius primam sermonis partem supra exhibuimus, obedientiam Catholico refusasse accusátur [Braun, *op. cit.,* p. 29] 3) Ioannes episcopus Hormizd Ardašir, civitatis ab Ardašir fundatae (Nöldeke, *op. cit.,* p. 10).

Dolendum summopere est catalogum hunc in codicibus erroribus vitiatum esse. Praeter Marcionitas et Manichaeos, quorum praesentia facillime explicatur, memorantur ܟܢܬܝܐ [ܟܢܛܝܐ] quos Bar 'Ebraya Chr. 437 Sinenses dicit [Vide Payne Smith, *Thesaurus syriacus,* Oxonii, col. 1849] [illegible]. Theodonis bar Khoni, Kantaeos sectam paganam dicit, cuius originem a Goliath occiso dérivat; refert sectam usque ad tempora Iezdegerd regis (II) substitisse, tempore Firuz a Battai (ܒܛܝ), quondam servo, reformatam esse. Cfr. Pognon, *Inscriptions Mandaïtes des coupes de Khouabir,* Paris, 1899, pag. 151 sq., pag. 220 sqq., pag. 245 sqq.

[illegible], [illegible] = Novatiani. Vid. Rubens Duval, *Lexicon Syriacum auctore Hassano Bar Bahlule,* Parisiis, 1891, sub verbo [illegible] col. 1225 : [illegible] nomina sectarum ignotarum (fors [illegible] Payne Smith, *op. cit.*, col. 2171 : Arabum populus). [illegible] pariter ignoratur, quid

36 Saporis, = 345. Mense Aprili caedes magna in urbe Karka-d-Ledan[1].

10. Addo denique tertiam adhuc aliam recensionem martyrii S. Simeonis apud Amrum conservatam esse, sed prorsus fabulosam, quae in quantum ex initio eiusdem ab Amr citato liquet e secunda recensione procedit. Cuius translationem a R. P. Gismondi confectam *op. cit.* p. 9 adiicimus : Simeon Barsabâ'i martyr illustris urbis Susae, etsi vitam fere degerit Modainae, senex insignis continentia, pietate ac sanctimonia. Pâpae patriarchae fuerat archidiaconus, consecratus est invitus anno Saporis decimo sexto, quando exorta est contentio Pâpam inter et episcopos eius, ille autem constituit eum sibi vicarium dum viveret sibi mortuo successurum. Eo tempore rex Persarum Sapor, odio flagrans in christianos, illos necabat et vi cogebat suam religionem suscipere : hic autem pater perpessus est ab illo aerumnas indicibiles; eum siquidem urgebat Sapor ut magus fieret ac fideles ad hanc impietatem adduceret : obstitit

fuerint. Ex verbis ܡܥܪ̈ܕܐ ܕܣܥܩܐ probabile est agi de sectis superstitiosis Gnosticorum. Manet accurata inquisitio sectarum istarum, quae secus neque apud Ephraemum, neque in canonibus Pseudonicaenis, neque alibi adhuc, in quantum quidem noverim, repertae sunt.

[1] Manifestum est, prorsus falsam esse computationem Actorum dies decem a Parasceve (= 14 Nisan) ad Dominicam in Albis numerantium. Computatio enim caedes magnae valet de anno 344 = 117 Sassanidarum + 1, sed non valet de anno 345. Hoc enim anno 14 Nisan lunaris incidit in diem 2 Aprilis et Dom. Paschalis in 7 diem Aprilis. Supposito igitur « caedem magnam » de qua Aphraates loquitur eamque anno 36 Saporis accidisse refert eandem esse de qua Acta loquuntur, manifestum erit numerum denarium falsum esse. Hinc nequit dici datum exactum caedis.

Eadem valent de diebus Martyriorum :

Tharbae — anno 2 persecutionis, luna 5 Mai
Šahdost — anno 2 persecutionis, luna 20 Februarii
Narsē — anno 4 persecutionis, luna 10 Novembris
120 Martyrum — anno 5 persecutionis, luna 6 Aprilis
Barba'šmin — anno 6 persecutionis, luna 16 Ianuarii
Iâcobi et Mariae — anno 7 persecutionis, luna 17 Martii
Theclae et Sociarum — anno 7 persecutionis, luna 6 Iunii.

Nescitur enim a quonam mense computet « initium persecutionis nostrae » a quo tota res pendet. Idem valet de computatione lunari datorum. Res enim prorsus aliter se habet, si de anno lunari agitur, quo in casu iuxta consuetudinem Iudaeorum quolibet anno tertio mensis intercalaris supponendus est; hac autem ratione tota numeratio prorsus alia evadit. Acta reliqua inde ab anno 17 persecutionis non sunt reducenda uti supra ostendimus. Acta denique Milis, Barsabia et Wardae aliam sequuntur numerationem, omnes enim ab anno mortis S. Milis computantur; hinc suspicari potest ea ex alia collectione a redactore MS_1 suae inserta esse, qui cum diem obitus eorum eruere aliter non posset, annos caedis eorum a morte S. Milis computat, cuius obitus vago nimis modo statuitur sc. 13 lunae Novembris sed absque ullo dato. Assemani mortem eius sine ulla addita ratione ad annum 341 ineptia ponit, sed manifestum est, hoc tantum e positione Actorum in collectione concludi posse, quae conclusio spectata redactoris MS_1 prorsus incerta est.

ille nullam huius imperii rationem habens : res diu multis sermonibus pertractata fuit, quos referre non vacat. Mox fideles ipsos Modainae et Spanirae iubebat rex suam amplecti superstitionem; quod illis facere recusantibus, propter inobedientiam eorum ecclesias dirui iussit. Pater autem sanctus, fidelium grege convocato, multitudinem ad animi fortitudinem excitans sic est allocutus : « Considerate, filii, quot ex prophetis et apostolis ferro necati sint ac lapidibus obruti, hoc autem vos ne fugiat nec Dei altissimi virtutem defecisse, nec Christi gloriam, sed velle ipsum per patientiam debilium in cruciatibus pro eius amore perferendis potentiam suam ostendere : nae ille vobis virtutem praestabit et opem feret, si corda ad ipsum erigitis, ille imbecilitatem nostram firmabit, persuasum habere oportet brevi cessaturam calamitatem istam, eamque secuturam laetitiam et requiem : ecclesias autem quae vastatae sunt splendore atque ornatu prestantiores restitutum iri : obrutas enim illas lamentari nos minime licet, quos manent in caelis aedes haud humano excitatae opere, nec enim Modainae aut Spanirae aut Karhae sitae illae sunt sed superna Hierusalem quae in caelis est. Et ego quidem nunc ad regem pergo, quid post me eventurum sit ignorans, vos autem parati estote freti lorica fidei et confessionis, ut si quando consistat adversus vos bellum, hostium tela loricae vestrae retundant. Haec loquor vobis, vos tamquam pater filios praemonens, mandata Christi Domini servate ut vos ille custodiat; diligite eum qui vobis honorem contulit, vitamque profudit ut sua nos morte liberaret. Praeceptum meum exsequimini, et vigilate ad integritatem verae fidei retinendam, quoad unitatem aeternae essentiae Dei creatoris et trinitatem personarum, proprietatum illius aeternarum, Patris et Filii et Spiritus sancti ; ne cunctemini pro hac fide acerbissima quaeque ac dira perferre, memores gravissimae Pauli apostoli sententiae fidelem esse sermonem omni acceptione dignum. Fiduciam quoque habemus firmam, mortem si obierimus pro lege eius, victuros nos; immo regnaturos cum ipso, si passi fuerimus pro nomine eius. Haec vobis mandavi id sciens, vos faciem meam haud amplius visuros esse, hoc enim habeo in vobis victimam hostiamque fieri pro populo Dei. Ad hoc robore me firmat urgetque charitas Iesu Christi filii Dei. Erit ille mecum ac vobiscum in aeternum. Amen ».

Haec ut a viro sancto prolata sunt, ingens ab universis erupit fletus : lamentabantur enim omnes discessum pastoris vigilantissimi, patris denique indulgentissimi; illud vero acerbior fuit singulis causa luctus, quod dixisset se eos amplius non esse visuros. Et ille eos solari, fundere pro illis preces, cunctis benedicere exorsus erat, quum adhuc oranti adstitere milites regii, qui comprehensum detulerunt ad Saporem. Rex quidem honorifice excepit eum et accedere ac sibi ad latus sedere iussit, moxque sic est allocutus : « Quae mihi

cara est pietas ac religio hanc in te expeto pariter : si in hoc mihi obtemperaveris, iam te in patrem ac moderatorem habebo ». Haec ille respondit : « Scito, rex, non esse membrum in corpore meo, quod ego non reciderem prorsus atque abiicerem, si pronum deprehenderem ad deficiendum a Christi amore ac religione; nec ensem nec mortem timeo, quapropter parce tibi a molestia expetendi quod nunquam prorsus committam ». Ira exarsit rex, iussitque detrudi eum in carcerem et cum ipso alios ad tria super millia de episcopis, presbyteris ac diaconis. Mox autem iis adiecit sexaginta Christianorum millia. Hos omnes postea feria sexta hebdomadis passionis, eduxit in stadium urbis Karhae-Lizânae, Patriarchae indicens ut praeciperet praesentibus christianis renuntiare Christo ac regis religionem amplecti, quod si facerent se eis opum, munerum atque honorum quantum expeterent concessurum, sin autem detrectarent, cervices eis incunctanter obtruncari iussurum. At pater sanctus inclamavit eis : « Iam nunc audistis, filii, dicta Saporis ex ore eius, quid pluris facitis, dona caelestis regis in aeternum perstitura an terreni, quae fluxa sunt ac aerumnosa. » Ad haec unam hanc extulerunt vocem : « O venerande dignitate vir, grex nos Christi sumus tu nobis pastor ab ipso praestitutus, praeceptum tuum non transgrediemur; quod amas amamus, quod odisti odimus ». Tunc ille Dei charitate actus : « Calcate, inquit, filii, mortis aculeum, illum enim iam fregit Christus moriens ac resurgens : patientiam vestram dilectissimi intendite viriliter et properate assequi caeleste regnum, superantes insidias eius qui ducit ad errorem ac coecitatem. » Exacerbatus rex Sapor his verbis, excanduit et iussit acie gladii praecidi cervices eorum. Illis omnibus martyrio coronatis exclamavit Pater sanctus : « Sit Deo laus et gloria, quod nullus filiorum meorum sivit me pudere » et iam seipsum offerens neci : « Has, ait, accipe Deus victimas puras. » Omnibus itaque exstinctis volebant magi cremari eorum corpora; at ventum misit Deus vehementem, qui tantam arenae copiam super illa congessit, ut in formam proceri collis assurgeret, qui et nunc perstat ac subinde per clivum illum variae vernant plantae miro odore fragrantes. Nostro etiam tempore eius regionis Christiani benedictionem ex illo loco invocant atque interdum inde eis prodigia eveniunt.

Sub finem anni illius occidi mandavit impius Sapor christianos regionum Bagarmae, Karh-Saluh, Ahwaz Deir-Ahmari, Arbelae, Assyriae, Mosuli, Ninivae, Margae, Gesirae, Euphratis, ad centum nonaginta hominum millia...

Mortuus itaque est pater iste sanctus Simeon Barsaba'e in regione Huzitarum in Karha-Lizana, die dominicae crucifixionis, 13 aprilis, anno ab Alexandro 655 [supp. pasch. 2. 36].

Prima pars narrationis istius, sermo scilicet S. Simeonis verbo tenus reperitur in MS,, reliqua exaggerationibus enormibus aucta sunt; tria millia clerico-

rum in carcerem detruduntur et postea sexaginta millia fidelium cum eo mortem subeunt. Caedem magnam, perinde ac textus a Bedjan publicatus eodem anno contigisse asserit, cum eo tamen discrimine, quod illam « sub finem anni » evenisse asserat. Ceterum nullum momentum cuiusquam valoris narrationibus duorum martyriorum addit; excepta fors allusione ad dirutionem ecclesiarum, quae reminiscentiam adhuc debilem suggerit, facta illa incarcerationi Simeonis praevia fuisse. Diem occisionis S. Simeonis recte statuit : 13 aprilis; errat tamen diem hunc dominicam resurrectionis fuisse asserens.

Quae autem de ista tertia historia Simeonis diximus, valent de enarratio nibus auctorum Graecorum, quae fere verbotenus reproducunt MS_1 et id tantum proprium habent, quod Simeonem a Sapore cruciatum esse dicant. Quae assertio a Sozomeno repetenda esse videtur, unde in Menaea diversa recepta est [1].

SIGLORUM EXPLICATIO

MS_1 Recensio antiquior historiae Sancti Simeonis.

Hanc typis mandavimus (vid. infra col. 715 et seqq.) sub hoc titulo : ܣܗܕܘܬܐ ܕܛܘܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥ̈ܐ. *Martyrium Beati Simeoni, Barṣabba'e.*

MS_2 Recensio recentior historiae Sancti Simeonis.

Illam reperies infra, col. 779 et seqq. sub hoc titulo : ܬܫܥܝܬܐ ܕܛܘܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥ̈ܐ. *Narratio de Beato Simeone Barsabba'e.*

A Codex Vaticanus syrus 160, olim Nitriensis I, ff. 80^b-89^b.

Hic codex antiquissimus, venustissimis characteribus in binis columnis exaratus, continet acta SS. martyrum a St. E. Assemani edita : *Acta sanctorum martyrum orientalium et occidentalium,* t. I, Romae, 1748. Absolutus est hic codex circa annum 474, nam vita S. Simeonis Stylitae a qua codex incipit, teste subscriptione fol. 79^v, anno eodem die 17^a aprilis, feria IV absoluta est ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܝܬܪܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܛܘܒܢܐ ܒܝܪܚ ܢܝܣܢ ܒܫܒܥܣܪ ܒܗ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܒܫܢܬ ܚܡܫܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ ܕܡܢܝܢܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ̈ܐ. — *Absolutus est praestantissimus hic liber Mar Simeonis beati mense Nisan 17 die feriae IV, anni 521 in numero Antiochenorum,* scilicet 474; aera tamen quam scriba computat iuxta Ideler (Lehrb. der Chron. I, 462) Laodicensium est. Vid. ea quae iam diximus in Praefatione, cap. II, p. 679 et cf. St. Ev. Assemani, *Manuscriptorum codicum bibliothecae apostolicae vaticanae catalogus,* p. I, t. III, Romae, 1759, p. 319.

B British Museum, Mss. Add. 14-645, ff. 245^a-257^a.

Binis columnis, characteribus distinctis, hic codex anno 936 scriptus est. Cf. W. Wright, *Catalogue of the syriac manuscripts in the British Museum,* London, 1872, pp. 1114 et 1116.

[1] De his consule St. Ev. Assemani, *op. cit.*, t. I, p. 8. Memoriam sancti recolit Martyrologium Romanum die 21 Aprilis, menaea 17 Aprilis, Syri et Copti 14 Aprilis perperam confundentes mensem lunarem cum solari.

CC* Codex Vaticanus syrus 161, olim Nitriensis II, saeculi IX.

Codex iste fol. 18^b-20^b continet rhetoricam praefationem martyrii S. Simeonis de laudibus Machabaeorum agentem, quae quidem primitus initio MS_1 posita erat; eaque in edenda hac recensione usi usumus, hanc codicis partem siglo C* designantes. Ff. 20^b-40^b, verbo ܒܫܢܬ incipit textus MS_2 siglo C notatus. Haec codicis pars scatet lectionibus singularibus, quae in nullo alio codice reperientur; exemplar amanuensi praeiacens perantiquum, lacunisque plurimis vitiatum fuisse videtur quas amanuensis ipse saepius mera coniectura supplevit. Hanc ob causam C maxima cum cautione utendum est.

D British Museum, Mss. Add. 14.665, ff. 8 et 9.

Hic textus syriacus rescriptus saeculo X super vocabularum quoddam graecum saeculo VIII exaratum textum exhibet MS_1 col. 751, lin. 13 usque ad col. 778, lin. 11. Cf. W. Wright, *op. cit.*, p. 1151.

E British Museum, Mss. Add. 12.174, ff. 356^a-372^a.

Binis columnis, characteribus estrangelis, hic codex nitidissime exaratus est A. D. 1197. Cf. W. Wright, *op. cit.*, p. 1133 et seqq. Licet hic codex E plus quam trecentis annis recentior sit codice littera C signatus, eo tamen in textu contexendo praecipue usi sumus, quia comparatione instituta codex C ab omnibus reliquis tantopere discrepare deprehendimus, ut is pro typo editionis adhiberi non potuerit.

N Textus MS_2 a R. P. Bedjan editus in opere : *Acta martyrum et sanctorum,* t. II, Lipsiae, 1891.

V Notae marginales eiusdem editionis.

Codices qui sive ad hunc textum instituendum sive ad notas marginales adstruendas inservierunt nobis adire non licuit. Haec sunt ipsa verba quibus R. P. Bedjan iudicat regulas quas ipse sibi elegerit ad textum constituendum : « La vie de St. Simon Barsabaï a été tirée d'une copie faite l'année dernière en Perse, sur un ancien manuscrit, par Sergius d'Ourmiah (ܐܘܪܡܝ) ܣܪܓܝܣ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܕܐܘܪܡܝܐ, elle a été collationnée avec le manuscrit de Mgr Abbeloos » (*op. cit.*, Avant-propos, p. IX). De codicibus autem Rev. D. Abbeloos haec habet : « Deux volumes manuscrits formant ensemble 1500 pages, copiés en 1879 à Mossoul et collationnés sur un ancien manuscrit en parchemin du VIIe ou VIIIe siècle, qui est conservé dans l'église chaldéenne de Diarbe'kir » (*Ib.* p. VII).

Pro MS_1 textu efficiendo adhibuimus codices ABCD, pro MS_2 codices CENV.

Schema affinitatis istorum codicum hoc est :

E N V C

quatenus E cum N et aliquando cum V concordat, C vero plurimas lectiones singulares exhibet imprimis versus finem Martyrii, dum initio eiusdem plerumque cum V consentit. Regula critica quam observavimus ea est, quod E pro basi textus construendi adoptavimus, et defectus, imprimis omissiones iuxta reliquos supplevimus. Differentias minoris momenti, velut suffixa et praepositiones tautologicas et ordinem verborum aliquando etiam contra consensum reliquorum intactas reliquimus, ubi tamen differentiae ipsum sensum sententiae quomodocumque affecerunt, lectiones E sine haesitatione reiecimus.

ܣܗܕܘܬܐ
ܕܛܘܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܥܐ

MARTYRIUM

BEATI SIMEONIS BAR SABBA'E

ܡܘܕܥܝܢ ܓܠܐ ܢܥܒܕ ܘܫܘܪܝܐ ܕܫܘܥ ܒܕܗ ܕܥܡܢ ܘܫܘܥܝܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܕܚܫܝܢ ܕܝܠܢ ܐܝܟܢܐ ܐܫܬܪܝ. ܩܫܝܐ ܗܘ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܕܡܐ ܕܩܡ ܠܘܬܢ ܠܙܒܢܐ ܩܫܝܐ ܘܡܪܝܪܐ ܕܐܬܬܩܝܡ ܥܠ ܕܒܝܬ ܡܩܒܝܐ: ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܐܫܬܟܚܘ ܒܙܒܢܐ ܚܕܢܐ ܒܢܒܝܐ ܒܪܘܓܙܐ. ܒܠܥܡ ܒܡܠܬܗ ܐܡܪ: ܕܘܝ ܡܢܘ ܢܚܐ ܒܝܘܡܝܢ ܗܠܝܢ ܡܐ ܕܣܐܡ ܗܠܝܢ ܐܠܗܐ: ܕܡܛܠ ܕܗܐ ܠܓܝܘܢܐ ܢܦܩܝܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܟܬܝܐ ܘܡܚܪܒܝܢ ܠܐܪܥܐ: ܕܐܝܠܝܢ ܗܢܘܢ ܝܘܢܝܐ ܕܐܬܚܪܝܘ ܥܡܗܘܢ. ܘܚܙܩܝܐܝܠ ܐܬܢܒܝ ܥܠ ܓܘܓ ܘܡܓܘܓ ܗܢܘܢ

1. Igitur notificantes palam faciemus initium subactionis gentis nostrae et expositionem correptionis passionum nostrarum unde coeperit. Durum enim tempus illud quod institit nobis simile est tempori duro et acerbo quod insurrexit adversus Machabaeos qui pariter inventi sunt in aetate a prophetis cum ira praenuntiata. Balam dixit verbo suo : *Vae! Quisnam salvabitur diebus illis, quando haec statuet Deus? Quia ecce, legiones egrediuntur e terra Chattaeorum et devastant terram*[1], qui sunt Graeci, qui insurrexerunt contra eos. Et Ezechiel prophetabat de Gog

ABC*] — In titulo : A prima manu : [*De*] *expositione tormentorum et passionum et caedium eorum* ܦܘܪܫ ܫܢܕܝܗܘܢ ܘܚܫܝܗܘܢ ܘܩܛܠܝܗܘܢ ... — *Ib.* A secunda manu : *historia Mar Simeonis* ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ. — *Ib.* B *Iterum martyrium Simeonis episcopi et martyrum sanctorum qui fuerunt in terra Huzitarum* ܬܘܒ ܣܗܕܘܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܗܘܘ ܒܐܪܥܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙܝܐ. — *Ib.* C* *sermo secundus de his ipsis martyribus, de diversitate tormentorum et passionum et coedium eorum* ܡܐܡܪܐ ܕܬܪܝܢ ܕܥܠܝܗܘܢ ܕܣܗܕܐ ܗܠܝܢ ܥܠ ܦܘܪܫ ܫܢܕܝܗܘܢ ܘܚܫܝܗܘܢ ܘܩܛܠܝܗܘܢ. — 1 B ܡܘܕܥܝܢ. — 4 C* ܠܙܒܢܐ ܩܫܝܐ. — 5 C*B ܡܩܒܝ. — *Ib.* B ܕܒܝܬ. — 6 B ܐܫܬܟܚܘ. — 9 BC* ܕܡܛܠ — 10 B ܐܪܥܐ. — 12 B ܕܐܬܚܪܝܘ. — *Ib.* BC* ܗܢܘܢ... ܘܚܙܩܝܐܝܠ ponit lin. 5 col. 718 post ܗܠܝܢ ... ܘܚܙܩܝܐܝܠ — 1–9 col. 4 A laceratus, leguntur tantum : ܡܘܕܥ .. .. [ܫܘ]ܪܝܐ .. .. ܕܥܡ .. .. .. ܗܘ .. .. .. ܕܡܐ .. .. ܕܐܬܬܩܝܡ .. .. ܕܐܦ .. .. ܒܙܒܢܐ .. .. ܒܢܒܝܐ .. ܐܡܪ .. .. ܒܝܘܡܝܢ .. .. .. [ܕ]ܣܐܡ ܗܠܝܢ .. .. [ܕ]ܗܐ ܠܓܝܘܢܐ .. .. [ܐܪ]ܥܐ ܕܟܬܝܐ .. .. ܕܐܝܠܝܢ ܗܢܘܢ .. .. [ܕ]ܐܬܚܪܝܘ ܥܡܗܘܢ .. ܥܠ ܓܘܓ .. [ܘ]ܚܙܩܝܐܝܠ .. .. ܐܬܢܒܝ .. .. ܗܢܘܢ .. .. .. ܒܝܘܡܐ .. .. ܡܛܠ .. .. [ܐ]ܬܦܪܣܘ .. .. .. ܗܠܝܢ .. .. .. ܡܐ .. .. [ܕ]ܐܬܓܠܝ .. .. [ܕ]ܡܬܢܒܝܢ .. .. ܗܢܘܢ .. .. ܒܐܘܪܚܐ [ܕ]ܐܬܡܠܝܘ.

[1] Cf. Num. xxiv, 24 (citat Pešiṭto sed libere).

et Magog[1], et illi ipsi sunt. Et Daniel prophetavit de cornu minuto quod crevit et tria ipsi iuncta ceciderunt coram illo[2] et verba contra Altissimum locutum est[3], qui est Antiochus scelestus qui anno centesimo quadragesimo tertio imperii Graecorum[4], qui est annus sextus ipsius, ascendit in Ierusalem et abstulit altare aureum et omnia vasa ministerii[5] et polluit sanctuarium et aras ibidem aedificavit[6] et introductis illuc alienis eiecit domesticos[7]. Et oppressit sacerdotes et polluit sancta eorum et sanguinem innocentem effudit in hereditate eorum[8], et carnes iustorum eorum tradidit bestiis terrae et volucribus caeli[9]. Multi enim ob mandatum eius a veritate legis aversi sunt et sacrificaverunt. Pauci vero confessi sunt fidem Dei sui et occisi sunt. Nam ecce mille homines una die mortui sunt quia sabbatum non solverunt[10] dicentes suffocatoribus suis : *Moriamur in simplicitate cordis nostri*[11]. *Caelum et terra hodie testimonium exhibent contra vos, vos perdere nos absque iudicio et sine offensa*. Et mulieres quoque, quae circumciderunt filios suos occisae sunt et infantes collo earum suspensi suffocabantur. Et alii caesi sunt nolen-

ܐܝܢܘܢ ܕܝܢ ܗܢܘܢ. ܘܕܢܝܐܝܠ ܐܬܢܒܝ ܥܠ ܩܪܢܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܣܠܩܬ ܘܢܦܠ ܠܗ̇ ܬܠܬ ܡܢ ܩܕܡܝܗ̇ ܘܡܠܐ ܥܠ ܡܪܝܡܐ ܡܡܠܠܐ: ܕܗܘܝܘ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܚܛܝܐ: ܕܒܫܢܬ ܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܠܬ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ: ܕܗܝ ܗܝ ܫܢܬ ܫܬ ܕܝܠܗ: ܣܠܩ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܫܩܠ ܡܕܒܚܐ ܕܕܗܒܐ ܘܡܐܢܐ ܟܠܗܘܢ ܕܬܫܡܫܬܐ ܘܛܡܐ ܠܡܩܕܫܐ ܘܡܕܒܚܐ ܒܢܐ ܒܗ ܠܒܥܠܬܐ. ܘܐܥܠ ܠܗ ܢܘܟܪܝܐ: ܘܐܦܩ ܡܢܗ ܒܢܝ̈ ܒܝܬܐ. ܘܐܠܨ ܠܟܗܢܐ ܘܛܡܐ ܩܘܕܫܝܗܘܢ. ܘܐܫܕ ܕܡܐ ܙܟܝܐ ܒܝܪܬܘܬܗܘܢ. ܘܐܫܠܡ ܒܣܪܐ ܕܙܕܝܩܝܗܘܢ ܠܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ ܘܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܣܓܝܐܐ ܓܝܪ ܣܛܘ ܒܦܘܩܕܢܗ ܡܢ ܫܪܪܐ ܕܢܡܘܣܐ ܘܕܒܚܘ. ܙܥܘܪܝܢ ܕܝܢ ܐܘܕܝܘ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܠܗܗܘܢ ܘܐܬܩܛܠܘ. ܗܐ ܓܝܪ ܡܢܝܢ ܐܠܦ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܒܚܕ ܝܘܡܐ ܡܝܬܘ ܕܠܐ ܫܪܘ ܫܒܬܐ: ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܡܚܢܩܢܝܗܘܢ: ܕܢܡܘܬ ܒܬܡܝܡܘܬܐ ܕܠܒܢ. ܫܗܕܝܢ ܒܟܘܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܝܘܡܢܐ ܕܠܐ ܕܝܢܐ ܘܣܟܠܘܬܐ ܡܘܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܢ. ܘܐܦ ܢܫܐ ܕܓܙܪ ܗܘܝ ܒܢܝ̈ܗܝܢ ܐܬܩܛܠ: ܘܥܘܠܠܝܗܝܢ ܬܠܝܢ ܒܨܘܪܝܗܝܢ ܘܐܬܚܢܩܘ. ܘܐܚܪܢܐ ܐܬܢܓܕܘ ܥܠ ܕܠܐ

ABC*] — 4 B ܘܡܠܐ. — 5 B ܚܛܝܐ. — 6 C* ܗܝܗܝ. — 12 C* ܩܛܠ. — 14 A ܕܥܘܦܐ. — 15 B ܒܦܘܩܕܢܗ. — *Ib.* B om. ܓܝܪ. — 18 A ܘܐܬܩܛܠܘ. — *Ib.* C* ܡܢܝܢ. — 22 B ܕܠܐ ܕܝܢܐ. — 24 B ܗܘܘ ܒܢܝ̈ܗܝܢ. — *Ib.* A ܗܘܘ. — *Ib.* A ܐܬܩܛܠ (sic).

1 Cf. Ezech. XXXVIII. — 2 Dan. XII, 20. — 3 *Ib.* 25. — 4 I Mach. I, 21. — 5 *Ib.* 23. — 6 *Ib.* 50. — 7 *Ib.* 40. — 8 *Ib.* 39. — 9 Ps. LXXIX, 2. — 10 I Mach. II, 38. — 11 *Ib.* 37.

ܐܬܛܢܦܘ ܒܡܐܟܘ̈ܠܬܐ ܛܢܦܬܐ ܘܠܐ ܫܪܘ ܡܢ ܩܝܡܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܗܘܐ ܐܒܠܐ ܪܒܐ ܒܐܝܣܪܝܠ ܘܐܬܬܢܚܘ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܘܩܫܝ̈ܫܐ: ܘܥܠܝ̈ܡܐ ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ ܐܬܟܪܗܘ: ܘܫܘܦܪܐ ܕܢܫ̈ܐ ܐܫܬܚܠܦ. ܘܟܠ ܟܠܬܐ ܕܝܬܒܐ ܒܓܢܘܢܐ ܐܬܐܒܠܬ: ܘܟܠܗ ܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܠܒܫ ܒܗܬܬܐ܀

ܘܐܬܬܢܚ ܡܛܬܝܐ ܘܐܡܪ: ܘܝ ܠܢ ܡܢܐ ܗܘܐ. ܠܡܚܙܐ ܒܬܒܪܐ ܕܥܡܢ ܘܒܚܘܪܒܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܠܗܝܟܠܗ ܕܐܬܝܗܒ ܒܐܝܕܝ ܢܘܟܪ̈ܝܐ. ܘܗܐ ܫܘܒܚܢ ܘܐܝܩܪܢ ܐܬܚܒܠ. ܠܡܢܐ ܠܢ ܬܘܒ ܚܝ̈ܐ. ܘܬܘܒ ܐܬܠܒܒ ܘܐܡܪ: ܐܣܬܟܠܘ ܒܟܠ ܕܪ ܘܕܪ ܕܟܠ ܕܡܬܬܟܠܝܢ ܥܠ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ. ܡܠܐ ܕܓܒܪܐ ܚܛܝܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ: ܡܛܠ ܕܫܘܒܚܗ ܠܥܦܪܐ ܘܠܬܘܠܥܐ ܢܗܘܐ. ܝܘܡܢܐ ܡܬܬܪܝܡ ܘܡܚܪ ܠܐ ܡܫܬܟܚ: ܡܛܠ ܕܢܗܦܘܟ ܠܐܪܥܗ ܘܐܒܕܢ ܟܠܗܝܢ ܡܚܫܒ̈ܬܗ܀

ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܚܕ ܡܢ ܒܢܝ̈ ܥܡܗ ܕܡܕܒܚ ܘܡܢܟܦܪ ܒܐܠܗܗ: ܐܬܚܝܠ ܘܛܢ ܘܙܥ ܒܟܘܠܝ̈ܬܗ ܘܐܩܝܡ ܚܡܬܐ ܐܝܟ ܕܝܢܐ ܘܢܟܣܗ ܥܠ ܕܢܟܣ ܒܛܢܦܘܬܐ ܘܐܫܕ ܕܡܗ ܥܠ ܕܐܬܐܫܕ ܒܬܪ ܦܬܟܪ̈ܐ. ܘܢܟܣܗ ܥܠ ܕܒܚܬܐ ܕܡܕܒܚܐ

tes contaminari escis impuris nec solverunt testamentum sanctum. Et factus est luctus magnus in Israel et ingemuerunt principes et senes et iuvenes et virgines : infirmati sunt, et pulchritudo mulierum immutata est et omnis sponsa sedens in thalamo lugens facta est et tota domus Iacob induit dedecus.

2. Et ingemiscens Mathathias dixit[1] : Vae nobis[2], quid accidit nobis ut videamus infortunium populi nostri et ruinam Civitatis Sanctae et templum tradi in manus alienigenarum! Et ecce gloria et decus nostrum corrupta sunt. Ad quid nobis adhuc vita? Et adhuc animum capiens dixit : *Intelligite in omnes generationes et generationes : omnes qui confidunt in Deo non commoveri; modo verba hominis scelesti nolite timere quoniam gloria eius erit pulveri et vermibus, hodie extollitur et cras non invenitur, quia revertetur in terram suam et omnes cogitationes eius peribunt*[3].

3. Et cum quemdam populi sui vidisset sacrificantem et negantem Deum suum, factus fortis[4] *zelatus est et contremuerunt renes eius et ad instar iudicii iram commovens* mactavit eum, quoniam ille mactavit in immunditia, et effudit sanguinem eius, quoniam ille effusus est post idololatriam, et eum super hostiam

ABC*] — 4 B ܘܐܬܟܪܗܘ. — 6 C* add. ܗܘܬ [ܐܬܐܒܠܬ. — 10 C* ܘܠܗܝܟܠܗ. — 12 A ܘܐܝܩܪܢ [ܘܐܝܩܪܐ. — 13 C* ܘܐܡܪ ܐܬܠܒܒ. — *Ib.* C* *iratus est* ܐܬܚܡܬ. — *Ib.* B ܐܣܬܟܠܘ. — 14 B ܘܕܪ. — 18 A ܡܫܬܟܚ. — 17 B ܘܠܬܘܠܥܐ. — 18 A ܡܫܬܟܚ. — 20 A ܘܐܒܕܢ. — 23 B ܐܬܚܝܠ. — *Ib.* B om. ܘܛܢ. — A laceratus, desunt : 1 ܥܡܗ ܕܡܕܒܚ 2 ܘܢܟܣܗ.

[1] I Mach. II, 7. — [2] I Mach. II, 61-63. — [3] I Mach. XXIV. — [4] *Ib.*

exanimem iugulans hanc etiam per illum polluit, quoniam [ille] polluit legem sanctam, et occidit etiam sollicitatorem, qui eos ut immolarent cogebat. Hic est sacerdos purus, qui oblationem immundam obtulit ad iram placandam et ad furorem a populo suo exstinguendum.

4. Eo tempore, cum tribulatio circumdaret, proelia ordinarentur, angustiae assiduae et gemitus multi essent : gaudium [1] fugit, hilaritas sublata est, pax propulsa est, quies sublata, auxilium nullum, adjutorium haud prope, tumor elongatus, superbia humiliata est, elatio cecidit, humilitas quam maxima facta est, divitiae ad paupertatem redactae, regnum cessavit, mors advenit, Infernus properavit, ore hiante abstulit, lingua extensa devoravit, gloriosos et honoratos deportavit in perditionem suam, scelestos et peccatores [sibi] in escam. Occultavit corpora iustorum in medio sui, contrivit dentibus corpora impiorum. Abscondens in visceribus suis corrupit carnes perversorum deiecitque eas in mansiones suas tenebrosas. Cruciavit tortores proximorum suorum, percussit percussores fratrum suorum, inclusit eos in carcere et in tenebris, et demersit eos in pro-

ܘܛܡܐܗ ܒܗ ܟܠ ܕܛܡܐ ܢܡܘܣܐ ܩܕܝܫܐ ܘܩܛܠ ܐܦ ܠܡܐܠܨܢܐ ܕܐܠܨ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܕܒܚܘܢ. ܗܢܘ ܟܗܢܐ ܕܟܝܐ ܕܐܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܛܡܐܐ ܠܡܦܝܣ ܪܘܓܙܐ ܘܠܡܕܥܟܘ ܚܡܬܐ ܡܢ ܥܡܗ܀

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܟܕ ܐܘܠܨܢܐ ܚܕܝܪܝܢ ܘܐܟܬܫ̈ܐ ܣܕܝܪܝܢ ܘܥܩ̈ܬܐ ܐܡܝܢܢ ܘܐܢܚ̈ܬܐ ܣܓܝܐܢ: ܚܕܘܬܐ ܥܪܩܬ: ܦܨܝܚܘܬܐ ܘܐܫܬܩܠܬ: ܫܝܢܐ ܘܐܬܛܪܕ: ܢܝܚܐ ܘܐܬܥܩܪ: ܥܘܕܪܐ ܠܝܬ: ܡܥܕܪܢܐ ܘܠܐ ܩܪܝܒ: ܣܓܝܐܘܬܐ ܘܐܬܪܚܩܬ: ܡܫܬܒܗܪܘܬܐ ܐܬܡܟܟܬ: ܪܡܘܬܐ ܢܦܠܬ: ܡܟܝܟܘܬܐ ܣܓܝܐ: ܗܘܬ ܘܐܬܡܣܟܢ: ܥܘܬܪܐ ܡܠܟܘܬܐ: ܒܛܠܬ ܡܘܬܐ ܡܛܐ: ܫܝܘܠ ܐܬܪܗܒܬ: ܦܘܡܗ ܦܬܚܬ ܘܚܛܦܬ: ܐܘܪܟܬ ܠܫܢܗ ܘܒܠܥܬ: ܐܝܩܪ̈ܐ ܠܡܝܩܪ̈ܢܐ ܘܡܫܒ̈ܚܐ ܠܐܒܕܢܗ: ܠܥܘ̈ܠܐ ܘܠܚܛ̈ܝܐ ܠܡܐܟܘܠܬܗ. ܟܣܬ ܦܓܪ̈ܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܒܓܘܗ. ܕܩܬ ܒܫܢ̈ܝܗ ܠܦܓܪ̈ܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ. ܛܫܬ ܒܡܥ̈ܘܗ ܘܚܒܠܬ ܠܒܣܪ̈ܐ ܕܥ̈ܘܠܐ: ܘܫܕܬ ܐܢܘܢ ܒܡܘ̈ܬܒܝܗ ܚܫܘ̈ܟܐ. ܫܢܩܬ ܠܡܫܢ̈ܩܢܐ ܕܩܪ̈ܝܒܝܗܘܢ: ܘܡܚܬ ܠܡܚ̈ܘܝܢ ܐܚ̈ܝܗܘܢ. ܚܒܫܬ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܚܫܘܟܐ: ܘܛܒܥܬ ܐܢܘܢ ܒܥܘܡܩܐ

ABC*] — 1 B ܘܐܛܡܝܗ. — 7 C* ܒܗ. — 8 B ܚܕܝܪܝܢ. — Ib. B ܣܕܝܪܝܢ. — 9 B [illegible]. — 10 B [illegible]. — Ib. B [illegible] (sic). — 11 B [illegible] [[illegible]. — 14 B [illegible]. — 16 B [illegible]. — 18 B [illegible] [[illegible]. — 20 A [illegible]. 21 B [illegible]. — 22 B [illegible]. — 23 B [illegible]. — 25 A [illegible] [[illegible]. — 26 B [illegible]. — 13-22 B laceratus, tantum leguntur : .. .. [illegible]

ܕܥܘܠܗ ܟܠܗ ܕܝܥܩܘܒ ܠܥܘܡܩܗ ܕܬܗܘܡܐ ܘܐܦܠܗ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܛܢܦܘܬܐ.

ܡܢ ܛܝܒܘܬܐ ܐܬܛܫܝܬ: ܘܟܐܢܘܬܐ ܐܫܬܠܦܬ: ܪܘܓܙܐ ܦܫܛ: ܚܡܬܐ ܐܬܪܡܝܬ: ܣܝܦܐ ܣܒܥ: ܪܘܡܚܐ ܐܬܡܠܝܬ: ܚܛܗܐ ܐܬܓܠܝܘ: ܚܘܒܐ ܐܬܦܪܣܘ: ܟܬܒܐ ܐܬܦܬܚܘ: ܘܦܢܩܝܬܐ ܐܬܩܪܝ: ܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܠܗ ܡܛܪܐ ܕܪܚܡܐ ܘܥܫܢ ܡܒܘܠܐ ܕܚܢܢܐ ܐܫܝܓ ܡܕܟܐ ܦܢܩܝܬܗܘܢ: ܘܕܟܐ ܡܚܘܪ ܟܘܬܡܝܗܘܢ ܕܠܐ ܬܐܪܟ ܬܒܥܬܗܘܢ ܒܕܝܢܗ ܘܬܣܓܐ ܢܩܡܬܗܘܢ ܒܦܘܪܥܢܗ. ܘܡܢ ܫܠܝ ܢܨܚ ܫܡܫܐ ܚܡܝܡܐ ܘܦܫܛ ܙܠܝܩܐ ܕܕܢܚܗ. ܫܪܐ ܓܠܝܕܗ ܕܚܢܦܘܬܐ: ܘܛܡܡ ܙܪܩܝܗ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܘܒܫ ܩܘܪܝܗ ܕܦܬܟܪܘܬܐ. ܡܝܒܫ ܠܫܘܚܢܘܬܐ ܕܛܢܦܘܬܐ: ܕܟܐ ܪܝܚܗ ܕܣܪܝܘܬܐ: ܡܙܓ ܬܢܢܗ ܕܣܘܪܚܢܘܬܐ. ܕܟܝ ܠܐܪܥܐ ܘܩܕܫܗ: ܐܫܝܓ ܠܐܬܪܐ ܘܩܕܫܗ: ܦܪܣ ܢܚܬܗ ܕܫܠܡܐ ܘܐܣܟܗ: ܦܫܛ ܠܒܘܫܘܗܝ ܕܫܝܢܐ ܘܢܟܦܗ. ܢܗܡ ܒܚܝܘܬܐ ܒܟܐܝܬܐ ܘܐܬܒܕܪ. ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܝܗܘܕܐ ܐܦܬܝ ܫܘܒܚܗ ܕܥܡܗ: ܘܐܪܝܡ ܩܪܢܐ ܕܥܕܬܗ. ܐܘ ܠܟܘܡܪܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܠܟܢܫ

fundum voraginis quia submerserunt Iacob in scelus et Israel in immunditiam deiecerunt.

5. Et postquam gratia recondita est iustitia evaginata, ira extensa, furor iniectus, gladius satur factus est, rhomphaea impleta : peccata revelata, debita traducta, scripturae apertae et libelli lecti sunt : tunc venit imber misericordiae et praevaluit diluvium clementiae abluens et lustrans libellos eorum, purificans et dealbans maculas eorum, ne ultio prolongetur in iudicio suo neve magna evadat vindicta eorum in retributione sua. Et repente resplenduit sol calidus et radios ortus sui extendens solvit glaciem paganismi, obturavit scaturiginem infidelitatis, exsiccavit stagnum idololatriae, arefecit saniem immunditiae, purgavit odorem putoris, temperavit fumum foetoris. Purificavit terram et sanctificavit eam. Abluit locum et sanctificavit eum. Expandit vestem pacis et fovit eam, extendit vestimenta tranquillitatis et ea casta effecit. Rugitu increpavit feras et dispersae sunt. Catulus leonis Iuda dilatavit gloriam gentis suae et exaltavit cornu ecclesiae suae. O sacerdotem et

ABC*] — 2 B ܠܒܘܫܘ. — *Ib.* C* ܠܐܝܣܪܝܠ. — 3 B ܛܫܝܬ. — 5 B ܘܣܦܣܪܐ. — 8 A ܐܬܩܪܝ. — 11 B ܘܕܟܐ. — 13 B ܒܟܐܢ (sic) [ܒܟܐܢ. — 14 C* ܕܕܢܚܗ ܙܠܝܩܐ. — 16 C* ܘܕܦܬܟܪܘ. — *Ib.* B om. ܕܦܬܟܪܘܬܐ ܘܐܘܒܫ. — 18 C* ܡܙܓ. — 19 C* ܘܩܕܫܘܬܗ. — 20 B ܠܐܬܪܐ ܘܐܫܝܓ. — *Ib.* C* ܠܐܬܪܐ. — 21 B ܘܐܣܟܗ. — *Ib.* C* ܘܐܣܟܗ. — 25 B ܕܥܕܬܗ [ܕܥܕܬܗ. — *Ib.* B ܘܡܕܒܪܢܐ. — 11-19 A laceratus, leguntur tantum : ܦܢܩܝܬܗܘܢ ܘܕܟܐ .. .. ܘܡܢ ܫܠܝ .. ܕܚܢܦܘܬܐ ܘܛܡܡ .. ܕܦܬܟܪܘܬܐ .. .. ܕܛܢܦܘܬܐ .. .. ܕܣܪܝܘܬܐ .. .. ܕܣܘܪܚܢܘܬܐ .. .. ܕܟܝ ܠܐܪܥܐ .. .. ܘܩܕܫܗ.

bellatorem amictum Ephod sacro ad expiandum ad instar sancti, indutum lorica virtutis ad instar gigantis, succinctum armatura belli ad instar fortis! Et similis factus est leoni in vigore suo: procubuit super ruinam gentilium et cubans comedit carnes potentium. Ensis eius inebriatus est sanguine occisorum, et satiatus est gladius eius cervicibus inimicorum. Perlustravit impios in ira sua et dispersit malefactores in furore suo. Dissolvit superbos terrore sui et ceciderunt elati prae commotione ab eo [facta]. Successit liberatio per manus eius et reges plurimos exacerbavit. Occidit millia in montibus et intulit ruinam myriadibus in planitie. Gavisus est Iacob de operibus eius, exultavit Israel de gestis ab eo et salute [ab ipso nacta], requievit terra et cessavit a subactione, et exiit fama eius usque ad fines terrae. Et ipse quoque heroicam subiit mortem pro Deo et pro bello populi sui et memoria eius [erit] benedictioni usque in saeculum.

6. Simili ratione supervenit populo nostro tribulatio et oppressus est tributo et contributiones vexare coeperunt sacerdotes, et superbi efferebantur contra humiles et impuri subigebant sanctos, et fallacia et iniquitas praesumptuose

ܐܠܒܫܗ ܐܦܘܕܐ ܠܚܘܣܝܐ ܐܝܟ ܩܕܝܫܐ: ܐܥܛܦ ܫܪܝܢܐ ܕܚܝܠܐ ܠܥܡܠܐ ܐܝܟ ܓܢܒܪܐ: ܘܐܣܪܗ ܒܡܐܢܝ ܩܪܒܐ ܐܝܟ ܚܝܠܬܢܐ. ܘܐܬܕܡܝ ܠܐܪܝܐ ܒܥܘܫܢܗ: ܪܒܥ ܥܠ ܚܘܪܒܐ ܕܥܡܡܐ ܘܪܒܥ ܘܐܟܠ ܒܣܪܐ ܕܫܠܝܛܢܐ. ܪܘܝܬ ܣܝܦܗ ܡܢ ܕܡܐ ܕܩܛܝܠܐ: ܘܣܒܥ ܣܝܦܗ ܡܢ ܨܘܪܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ. ܒܨܐ ܠܪܫܝܥܐ ܒܪܘܓܙܗ: ܘܒܕܪ ܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ ܒܚܡܬܗ. ܦܫܪ ܠܫܒܗܪܢܐ ܒܕܚܠܬܗ: ܘܢܦܠܘ ܪܡܐ ܒܙܘܥܬܗ. ܐܬܩܢ ܦܘܪܩܢܐ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܡܪܡܪ ܠܡܠܟܐ ܣܓܝܐܐ. ܩܛܠ ܐܠܦܐ ܒܛܘܪܐ: ܘܐܝܬܝ ܚܘܪܒܐ ܒܪܒܘܬܐ ܒܦܩܥܬܐ. ܚܕܝ ܝܥܩܘܒ ܒܥܒܕܘܗܝ: ܘܪܘܙ ܐܝܣܪܝܠ ܒܥܒܕܘܗܝ. ܘܒܦܘܪܩܢܗ ܐܬܢܝܚܬ ܐܪܥܐ ܘܫܠܝܬ ܡܢ ܫܥܒܘܕܐ: ܘܢܦܩ ܛܒܗ ܥܕܡܐ ܠܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܘܐܦ ܗܘ ܐܬܩܛܠ ܓܢܒܪܐܝܬ ܥܠ ܐܦܝ ܐܠܗܗ ܘܥܠ ܐܘܠܨܢܐ ܕܥܡܗ: ܘܕܘܟܪܢܗ ܠܒܘܪܟܬܐ ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܀

ܘܟܢܐ ܐܦ ܥܠܗ ܥܠ ܥܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܘܐܬܐ ܐܠܨܢܐ ܥܠ ܟܗܢܐ ܘܐܬܚܫܒܘ ܒܡܕܐܬܐ ܡܦܩܢܘܬܐ ܕܟܣܦܐ ܠܟܘܡܪܐ: ܘܪܡܐ ܐܬܬܪܝܡܘ ܥܠ ܡܟܝܟܐ: ܘܛܢܦܐ ܡܫܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܩܕܝܫܐ. ܘܕܓܠܘܬܐ ܘܥܘܠܐ ܒܡܪܚܘܬܐ ܗܘܐ

ABC*] — 3 C* ܒܡܐܢܐ. — 8 B om. ܡܢ. — Ib. B ܨܘܪܗ. — 9 B ܒܚܡܬܗ [ܒܪܘܓܙܗ. — 13 B ܦܘܪܩܢܐ. — 16 C* ܘܪܘܙ ܐܝܣܪܝܠ. — Ib. B ܐܝܣܪܝܠ ܘܪܘܙ. — 17 B ܐܬܢܝܚܬ. — 18 BC* ܕܐܪܥܐ. — Ib. B ܘܥܠ. — Ib. B ܕܥܡܗ. — 22 C* desinit ܠܥܠܡ. — 23 B ܐܦ. — 24 B ܘܐܬܚܫܒܘ (sic) [ܘܐܬܚܫܒܘ. — 25 B add. ܗܘܘ [ܐܬܬܪܝܡܘ.

ܥܠ ܫܪܪܐ ܘܕܟܝܘܬܐ: ܘܡܬܦܩܕܢܐ ܒܝܫܐ ܡܬܪܗܛܝܢ ܗܘܘ ܕܢܟܒܫܘܢ ܒܢܝܪܐ ܩܫܝܐ ܠܚܐܪܘܬܗ ܕܥܕܬܐ ܡܚܐܪܬܐ: ܘܦܘܠܚܢܗ ܕܐܠܗܐ ܕܒܗ ܒܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܒܡܚܣܦܢܘܬܗܘܢ ܢܟܠܘܢ. ܘܒܫܘܠܛܢܗܘܢ ܘܒܢܟܠܝܗܘܢ ܒܥܘ ܕܢܚܒܠܘܢ ܘܢܛܥܘܢ ܠܬܡܝܡܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܫܪܪܐ܀

ܒܫܢܬ ܡܐܐ ܘܫܒܥܣܪܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܣܝܐ: ܗܝ ܕܗܝ ܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ ܕܫܒܘܪ ܡܠܟ ܡܠܟܐ: ܗܘܬ ܫܘܥܒܕܐ ܗܢܐ ܥܠ ܥܡܢ. ܘܒܗ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܫܡܥܘܢ ܕܡܬܟܢܐ ܗܘܐ ܒܪ ܨܒܥܐ. ܫܦܝܪ ܕܝܢ ܐܬܟܢܝ ܒܫܡܐ ܗܢܐ: ܡܛܠ ܕܐܒܗܘܗܝ ܨܒܥܝܢ ܗܘܘ ܫܐܪܐ: ܒܕܡܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܐܣܛܠܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܥܘܠܬܐ: ܘܗܘ ܨܒܥ ܗܘܐ ܢܚܬܘܗܝ ܕܢܦܫܗ ܒܕܡܐ ܕܩܢܘܡܗ ܠܒܘܫܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܗܘ ܗܢܐ ܐܦ ܨܒܝܢܗ ܒܡܘܬܐ ܥܠ ܐܦܝ ܐܠܗܗ ܘܥܡܗ. ܟܕ ܚܙܐ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܒܬܪܝܨܐ ܡܣܬܥܪܢ ܗܘܝ ܒܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܝܗܒ ܢܦܫܗ ܠܩܛܠܐ: ܐܝܟ ܝܗܘܕܐ ܡܩܒܝܐ: ܒܙܒܢ ܐܘܠܨܢܐ ܕܥܡܗ܀

ܐܘ ܠܟܗܢܐ ܗܠܝܢ ܝܗܘܕܐ ܘܫܡܥܘܢ: ܚܕ ܦܪܩ ܠܥܡܗ ܒܩܪܒܐ: ܘܐܚܪܢܐ ܦܪܩ ܠܥܡܗ ܒܡܘܬܐ. ܚܕ ܟܕ ܙܟܐ ܐܫܬܒܚ:

extollebantur contra veritatem et castitatem et exactores pessimi discurrebant ut opprimerent iugo gravissimo libertatem Ecclesiae liberatae et cultum Dei in ea paulatim coercerent impudentia sua, et quaerebant potestate sua fraudulentiaque labefactare et abducere sinceros a via veritatis.

Oculis mentis et caritatis videamus omnes Christum per mysteria et typos, quae tradidit nobis, cum ad supplicium crucis ducebatur. In altari sancto positum est sacrificium vivum, et sacerdotes ad instar angelorum memoriam mortis eius celebrant cum voce gratiarum actionis dicentes : Gloria ei ob donum eius ineffabile.

IV [2]

Etsi exuitis vestes illas vestras exteriores, habitum tamen interiorem ne exuatis, o baptizati. Si enim his armis absconditis induti eritis, tempestas tentationum multarum non praevalebit vobis. Scitis quid audieritis; scitis vos e sacrificio vitae manducavisse. Cavete a Maligno, ne forte seducat vos etiam sicut et Adam, et vos extraneos reddat huic regno gloriae. Eum enim extra-

[1] Vid. *Breviarium Chaldaicum*, ed. Bedjan, t. II, 1887, p. ܫܢܘ (356). — [2] Cf. *Breviarium Chaldaicum*, ed. Bedjan, t. II, 1887, p. ܬܢ (450).

neum reddidit paradiso : et nos pariter vult extraneos facere. Itaque conclamate nobiscum ad Christum ut per Spiritum suum sanctum omnes animas nostras confirmet. Ecce in medio Ecclesiae distribuitur pharmacum vitae, quod ex altissimis descendit et in mysterio latet sub specie panis et vini.

Extendite ergo manus vestras, o mortales, et accipite et remissione vitam possidete, et regnate cum Christo canentes et dicentes alleluia. Ille est medicus, qui descendit ad inferos et sanavit eos, qui peccatis consumpti erant.

ܒܥܝܢܝܬܐ. ܠܗܘ ܓܝܪ ܐܥܢܝ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ: ܘܠܢ ܐܦ ܪܓܐ ܠܡܢܟܪܘܬܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܩܥܘ ܥܡܢ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܘܚܗ ܩܕܝܫܐ ܢܫܪܪ ܢܦܫܬܢ ܕܟܠܢ. ܗܐ ܒܓܘ ܥܕܬܐ ܡܬܦܠܓ ܣܡ ܚܝܐ ܕܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ ܘܛܫܐ ܒܐܪܙܐ ܒܐܕܫܐ ܕܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ܀

ܦܫܘܛܘ ܗܟܝܠ ܐܝܕܝܟܘܢ ܡܝܘܬܐ: ܣܒܘ ܘܐܬܢܣܒܘ ܚܘܣܝܐ ܚܝܐ: ܘܐܡܠܟܘ ܥܡ ܡܫܝܚܐ ܡܙܡܪܝܢ ܘܐܡܪܝܢ ܗܠܠܘܝܐ. ܗܢܘ ܐܣܝܐ ܕܢܚܬ ܠܫܝܘܠ: ܘܐܣܝ ܠܕܒܠܝܢ ܒܚܛܗܝܗܘܢ܀

ܟܬܒܐ ܕܓܠܝܢܗ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ
ܕܡܦܩ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ

LIBER APOCALYPSEOS BARUCH FILII NERIAE

TRANSLATUS DE GRAECO IN SYRIACUM

PRAEFATUS EST, TEXTUM SYRIACUM VOCALIUM SIGNIS INSTRUXIT, LATINE VERTIT NOTIS ILLUSTRAVIT

MICHAEL KMOSKO

S. TH. DOCTOR, ECCLESIAE AD S. MARTINUM POSONII IN HUNGARIA PRAEBENDATUS

PRAEFATIO

---

1. Opera litteraria. 2. Ratio editionis huiusce. 3. Argumentum Apocalypseos. 4. De auctore et loco et compositione operis. 5. De potentia Apocalypseos Baruch historico-religiosa.

1. EDITIONES TEXTUS : Usque ad annum 1866 sola epistola Baruch nota erat, cuius editiones antiquissimae in Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus prodierunt. Eam e Cod. Add. 17,105 fol. 116ᵃ-121ᵃ saec. VI. denuo edidit P. de Lagarde in opere : *Libri Veteris Testamenti Apocryphi*, Lipsiae et Londini, 1861, pag. 88-93. Priorem Apocalypseos partem primus A. M. Ceriani, bibliothecarius Bibliothecae Ambrosianae publici iuris fecit edita translatione latina eiusdem e Codice Ambrosiano syriaco confecta in opere : *Monumenta sacra et profana,* Mediolani, 1866, T. I. fasc. 2. pag. 73-89. Hanc translationem subsecuta est editio textus syriaci Apocalypseos, *op. cit.,* 1871, T. V. fasc. 2. pag. 115-180; tandem accurante Ceriani photolithographice editus est totus Codex Ambrosianus in opere : *Translatio syra Pescitto Veteris Testamenti e codice Ambrosiano*, Mediolani, 1879-83, cuius fol. 257ᵃ col. *b* — 267ᵃ col. *b* textum a Ceriani iam pridem editum continent.

TRANSLATIONES : Fritzsche, *Libri apocryphi Veteris Testamenti Graece,* Lipsiae, 1871, pag. 654-679, exhibet translationem Ceriani hinc inde correctam. — Bissel, *The Apocrypha of the Old Testament,* New-York, 1880, pag. 668 sqq. — Charles, *The Apocalypse of Baruch,* London, 1896, pag. 125-167 textum syriacum Epistolae Baruch apocryphae reedidit et materiam criticam notabiliter auxit. — Ryssel, *Die Apocalypse des Baruch,* in opere : *Die Apocryphen und Pseudepigraphen des Alten Testaments,* hsg. von E. Kautzsch. Tübingen, 1900, pag. 402-446.

COMMENTATIONES CRITICAE ET EXEGETICAE AD APOCALYPSIM BARUCH SPECTANTES: Baldensperger, *Das Selbstbewustsein Iesu,* Strassburg, Ed. II. 1892, pag. 307. — Bousset, *Die Religion des Iudentums...* Berlin, 1903, pag. 37, 233, 275, 284, 386, 394. — Clemen, *Die Zusammensetzung des Buches Henoch, der Apocalypse des Baruch und des vierten Buches Esra* in *Studien und Kritiken,* 1898, pag. 211 sqq. — Deane, *The Apocalypse of Baruch* in *The Monthly Interpreter,* 1885, Aprili 451-461, Iunio 117-130. Idem, *Pseudepigrapha,* Edinburg, 1891, pag. 136 sq. — Drummond, *The Jewish Messias,* London, 1877, pag. 117-132. — Ewald, *Geschichte des Volkes Israel,* Göttingen, Ed. III. vol. VII. pag. 83-87. — Idem in *Göttinger gel. Anzeigen* 1867, pag. 1706-1717. — Edersheim, *The Life and Times of Jesus the Messias,* vol. II. pag. 688. — De Faye, *Les apocalypses juives,* Paris, 1892, pag. 25-28, 76-103, 192-204. — Friedländer, *Geschichte der jüdischen Apologetik,* Zürich, 1903, pag. 151-156. — I. R. Harris, *Mr. Charles' Apocalypse of Baruch* in *Expositor* 1897, pag. 255-269. — Hausrath, *Neutestamentliche Zeitgeschichte,* München, Ed. II. 1877, vol. IV. pag. 88 sq. — Hilgenfeld, *Messias Iudaeorum,* Lipsiae, 1869, pag. 63. Item disseruit de hoc libro in *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie* 1869, pag. 437-440 et 1888, pag. 257-278. — Kabisch, *Die Quellen der Apocalypse Baruchs* in *Jahrbuch für protestantiche Theologie* 1891, t. XVIII, pag. 66-107 et *ibid. Das vierte Buch Esra,* 1889, pag. 103. — Kneucker, *Das Buch Baruch,* Leipzig, 1879, pag. 190-198. — Langen, *De Apocalypsi Baruch anno superiori primum edita commentatio,* Friburgi in Breisgau, 1867. — Renan in *Journal des Savants* 1877, pag. 222-231. — Rosenthal, *Vier apokryphe Bücher aus der Zeit und Schule Akibas,* Leipzig, 1885, p. 89. — Schürer, *Geschischte des Jüdischen Volkes,* Leipzig, 1898, Ed. III, vol. III, p. 223-232. — Schulthess in *Theologische Litteraturzeitung* 1897, col. 238 sqq. — *Stähelin, Zur Paulinischen Eschatologie* in *Jahrbuch für deutsche Theologie* 1874, pag. 211-214. — Wellhausen, *Skizzen und Vorarbeiten,* Berlin, 1899, VI. pag. 248 sq. — Wieseler, *Das vierte Buch Esra* in *Studien und Kritiken* 1870, pag. 288 sq. — Adde dissertationes Dillmann in *Protestantische Realencyclopedie* Vol. XII. pag. 357 sq.; Ryle, *Dictionary of the Bible,* vol. I. pag. 361-362.

2. Translatio, quam in hoc volumine Patrologiae Syriacae proponimus, magna ex parte a Ceriani adoptata est; differt, quatenus post verba cogitandi sentiendi etc. accusativum cum infinitivo posuimus et praep. *in* suppressimus, ubi ea pro graeco ἐν abl. temporis designat; in ipsa translatione corrigenda operibus Charles et Ryssel usi sumus, reiectis tamen plurimis correctionibus quas viri laudati proposuerunt, quae superfluae aut falsae videbantur; differentias translationis nostrae a translationibus Ceriani, Charles, Ryssel

ubique annotavimus, addita simul ratione, quae mutationes translationi Ceriani illatas iustificet.

3. Celeberrima Apocalypsis Baruch in unico exstat codice syriaco Ambrosiano, saec. VI. trinis columnis scriptura nitida exarato, cuius subdivisiones asteriscis notatas praeeunte editore primo libri, A. M. Ceriani in hac quoque Apocalypseos editione retinuimus. Argumentum Apocalypseos hoc est : Auctor personam Baruch, discipuli Ieremiae assumens exordium sermonis facit ab oppugnatione Ierosolymorum tempore Iechoniae et describit vaticinium sibi a Deo de instante expugnatione urbis factum et de interitu regni (I-V). Describitur adimpletio vaticinii et visio Baruch, qui muros civitatis ab angelis devastari et arcam foederis abscondi narrat (VI-VIII). Baruch post ruinam templi in Urbe manere et Ieremias exules consolari iubetur; prorumpit in lamenta amara excidium populi lugens (IX-XII). Prophetae vias Dei scrutanti revelatur ultio divina gentes castigatura et difficultates prophetae circa vaticinium sibi factum reiiciuntur (XIII-XX). Propheta orat, ut Deus veras rationes tantae calamitatis manifestet, cuius pusillanimitate reprobata iudicium divinum signaque eius annunciantur (XXI-XXVI). Sciscitanti prophetae de tribulatione ventura duodecim partes temporum et adventus Messiae et deliciae regni eius revelantur (XXVII-XXX). Oratio Baruch ad populum, novam calamitatem Urbis et templi annunciantis et populum relinquere volentis (XXXI-XXXIV). Baruch super ruinas templi flenti et oranti revelatur visio de silva et viti et fonte et exponitur significatio visionis, de quatuor regnis, de interitu principis ultimi, deque regno messiano (XXXV-XL).

Propheta novis quaestionibus Deo propositis populum hortari iubetur eique novae revelationes promittuntur (XLI-XLIII). Sermo Baruch ad populum discessum suum annunciantis; describitur maeror populi ob secessum prophetae, qui in urbe Hebron orat et expleto ieiunio septem dierum accipit a Deo revelationem de appropinquante consummatione signisque eius, de resurrectione, deque qualitate corporis eorum, qui resurrecturi sunt (XLIV-LII). Nova visio prophetae de senis aquis lucidis et nigris et de fulgure coruscante. Propheta orante, ut sibi visio explicetur, advenit Ramiel angelus et vicissitudines operum iustitiae et iniquitatis in historia gentis electae senis aquis lucidis nigrisque adumbrari demonstrat, addito vaticinio de tribulatione maxima in fine temporum ventura et regno Messiae (LIII-LXXIV). Propheta gratias agit Deo pro acceptis revelationibus et hortatur populum ad legem observandam (LXXV-LXXVII). Componit duas epistolas : aliam ad novem tribus et dimidiam, aliam ad duas tribus et dimidiam; primam aquilae tradit eamque ad populum trans fluvium Euphraten ablegat.

4. Tota Apocalypsis, sicut nobis in Codice Ambrosiano praeiacet, ex lingua graeca in syriacam translata est. Hoc suadet testimonium ipsius Codicis Ambrosiani, ubi Apocalypsis ex lingua graeca in linguam syriacam translata esse dicitur; idem eruitur ex indiciis internis; ut pauca tantum innuam ܐܪܥܐ in significatione κόσμος usurpatur (III, 7). Translator nihilominus haud omnino par negotio sibi proposito fuisse videtur; sic v. ܒܣܡܐ (incensum) reddit graecum vocabulum θυμιατήριον (VI, 7), ܪܫܐ usurpat, ubi probabiliter in textu graeco ἀρχὴ legebatur in significatione « imperii, potestatis » (XXVIII, 7; XL, 3). In periodicis sententiis transferendis imperitus deprehenditur (LXIII, 6; LXVI, 2). Haec si perpendantur, in textu syriaco transferendo et in inquisitionibus ad auctorem operis spectantibus maxima cautione opus est; ante omnia necesse erit textum graecum restituere ope translationis syriacae, tunc demum possibile erit disquisitionibus minutioribus operam dare. Hanc ob rationem errasse putamus tum Charles tum Ryssel, qui plurimas correctiones textus haud raro sine necessitate evidenti proposuerunt. Item impossibile putamus disquisitiones instituere cum exitu aliquo certo de quaestione illa difficili, quam De Faye et Kabisch et demum Charles moverunt, utrum videlicet auctor Apocalypseos vir unus, an plures fuerint. Haec autem quaestio pendet a relatione Apocalypseos Baruch a libro IV Esdrae recte intellecta. Iam enim Ewald perspexit analogias tantas inter ambo haec opera intercedere, ut utriusque operis unum eundemque auctorem esse putaverit. Haec sententia quidem iam dudum oblivioni tradita est, attamen omnes concedunt, librum Esdrae ab Apocalypsi Baruch, vel vice versa pendere; non autem consentiunt in definienda prioritate librorum istorum. Dum enim antiquiores (Langen, Hilgenfeld, Wieseler, Stähelin, Renan, Drummond, Rosenthal, Dillmann) librum Esdrae antiquiorem prioremque existimarunt, recentiores docti prioritatem Apocalypseos Baruch defendunt. Wellhausen provocat ad vividam dramaticamque descriptionem Urbis eversae, quae testem oculatum supponat; praeterea ex ipso nomine Baruch, cuius personam auctor libri assumit, concludit librum Baruch Esdra antiquiorem esse; si enim Esdras ante Baruch scripsisset, sine dubio nomen potius viri illius elegisset, qui testis olim erat oculatus eversi Sanctuarii civitatisque sacrae; invento autem libro, cuius auctor nomen Baruch iam pridem usurpaverit, pseudonymon Esdrae eligere maluerit. Quam incerta haec argumentatio sit exinde concludas, quod viri, quos supra laudavi, iisdem argumentis prioritatem Esdrae defendebant. Argumentum vero alterum Wellhausen plane futile est. Quis novit rationem fingere, ob quam auctor Apocalypseos alterius nomen Esdrae elegerit? An non potuisset alia nomina coaevorum Baruch invenire? Aeque incerta est quaestio altera, quam separatim

alter ab altero Kabisch et De Faye moverunt, contendentes Apocalypsim Baruch ab aliquo redactore ex diversis Apocalypsibus antiquioribus compilatam esse. Assentit etiam Charles, qui hanc sententiam ulterius adhuc evolvit. Alii docti, imprimis Clemen, contradicunt et sententias doctorum illorum ad textum Apocalypseos falso intellectum reducunt nec differentias stili rerumque ad religionem pertinentium (quae praecipue Charles iustoplus urget) tantas esse putant, ex quibus concludi possit Apocalypsim Baruch a pluribus auctoribus compositam esse. Negari quidem nequit aliquas sententias manifesto falsum obtinere locum in textu syriaco (Cf. XLVIII, 48 sqq.; LII, 6 sqq.; LIV, 16 sqq.) nec illuc eas pertinere, ubi hodie leguntur; item admittendum est quandoque contradictiones in Apocalypsi deprehendi, uti v. gr. LVIII, 4 agitur de mensuris *Sanctuarii hodierni* (ܡܩܕܫܐ ܕܝܘܡܢܐ) dum templum dirutum esse supponitur, quae simul repugnare videntur illorum sententiae, qui librum hunc post eversionem templi conscriptum esse contendunt, dum maxima libri pars hanc suggerit sententiam. Longe alia tamen quaestio est, an ex eiusmodi « erratis » — quorum auctor ceterum ignoratur — sententia complicata Charles de origine libri demonstrari possit; saltem spectata insufficientia materiae criticae tota methodus Charles speciem argutiarum prae se fert. — Inter recentiores, ut noverim, solus Friedländer defendit Apoc. Baruch ante eversionem templi, tempore scilicet Pompei exaratam esse, eventus funestos, ad quos ibidem continuo alluditur, referens ad templum a Romanis illo tempore profanatum; nec tamen sententiae suae rationes accuratius exponit. — Adhuc notandum est epistolam, quam Baruch LXXVII, 12. 18. se ad duas tribus et dimidiam missurum esse pollicetur, Charles cum epistola canonica identificare velle, quae in editione Vulgata ad calcem scriptorum Ieremiae apposita est, ut eadem sit, quam Baruch ad Iuda et Beniamin direxerit. Argumenta ceterum, quae ad hypothesim hanc probandam *op. cit.* pag. LXV congerit, tenuia nimis sunt nec quidquam probare censenda sunt; nam 1) post inscriptionem prophetiae Baruch c. I. nihil occurrit, quod suggerat epistolam canonicam cum apocalypsi Baruch cohaerere. Prophetia potius Baruch ab auctore ipsi Regi Iechoniae praelecta esse dicitur; repugnat igitur tempori, quo auctor Apocalypseos opus suum composuisse statuit. 2) Nequit explicari, cur in Ecclesia graeca Prophetia Baruch auctoritatem canonicam adepta sit, non vero Epistola ad novem tribus et dimidiam, cum utraeque ad idem opus pertinuerint. 3) Psalmus XI Salomonis fere verbo tenus repetit caput V Prophetiae Baruch, nec dici potest auctorem Prophetiae verba psalmi excerpsisse; etenim v. 8. auctor Psalmi orat Deum, ut omnia perficiat, quae de Israel et Ierusalem promiserat et per nomen sanctum suum Israel erigat; liquet igitur verba versiculorum

1-7 aliunde desumpta esse, quae ceterum nec toti tenori reliquorum Psalmorum conveniunt; cum autem Psalmi, qui dicuntur Salomonis, iam saeculo primo ante Christum orti sint, sententia Charles, utpote prorsus gratuita, nihili habenda est.

5. Apocalypsis Baruch spectata eius positione in re litteraria Iudaeorum pertinet ad illam operum speciem, indolem exstaticam visionariamque prae se ferentium, quae saeculo primo ante et post adventum Dñi magno numero prodierunt. Characterem litteraturae huius recte indicavit W. Bousset eam « laicalem » apellans[1]. Etenim tempore Macchabaeorum, cum ordo sacerdotum semper degeneraret summique sacerdotes et reliqui sacrorum ministri pristinam auctoritatem paulatim perdidissent, salutaris quaedam reactio orta est ex parte vulgi semet fastui ordinis haereditarii sacerdotum opponentis, quippe quos munere ipsis commisso indignos existimasset. Auctoritate huius motus plebeiorum multi homines pii quidem, sed ad vulgus plebis rude pertinentes magno cum zelo studio legis speculationique theologicae operam dare inceperunt, qui cum essent homines rudes parumque eruditi, singulari cum studio res exoticas insolitasque captabant et visiones phantasticas praetendebant, quibus res futuras sibi revelatas esse asseverabant. Vulgari indoli virorum conveniunt « apocalypses » ab ipsis exaratae, quae scatent visionibus phantasiae indomitae, rebus exoticis contradictionibusque absurdis. His autem non obstantibus opera ista apocalyptica magni momenti sunt; nam fidelem nobis exhibent imaginem evolutionis, quas ideae aliquae religiosae apud Iudaeos subiere. Notabilis est imprimis nisus, qui in theologia hac populari observatur, ad conceptus universales, sub quibus relicto crasso Iudaeorum particularismo problemata quaedam theologica pertractari coeperunt. Quamquam populus electus positionem suam centralem in speculationibus hisce popularibus non amisit, spesque Messiana ulterius evoluta est, attamen eiusmodi speculationes ad gentes (גויים) quoque extenduntur eorumque relatio ad populum electum, regnum Messianum, iudiciumque universale consideratur.

His itaque breviter praemissis singula elementa doctrinae religiosae Apocalypseos Baruch perpendantur.

In attributis divinis poetice describendis auctor excellit (cf. xx, 5-12; xlviii, 4-10).

Mundum propter hominem creatum esse explicite docet (xiv, 17 sq.), at-

1. *Die jüdische Apokalyptik*, Berlin, 1903, p. 8 sq. Quamquam docto huic viro in omnibus non assentior, non potest negari eum indolem litteraturae apocalypticae bene definiisse.

tamen iam vestigia doctrinae Talmudicae quoque inveniuntur mundum iustorum gratia creatum esse[1] (Cf. xv, 7; xxi, 24).

Vestigia quoque doctrinae Platonis circa mundum visibilem tamquam mundi invisibilis imaginem reperies iv, 2-4; si tamen locus genuinus sit; Charles enim authentiam loci huius in dubium vocavit[2].

Mundus hic, αἰὼν οὗτος, malus est; quidquid enim praeterit, corrumpitur (xliv, 9). Mundo huic opponitur mundus futurus, αἰὼν μέλλων, qui utpote in aeternum manens, incorruptibilis est (xliv, 12). Saeculum praesens est plaga et labor, saeculum futurum corona gloriae, quod non veterat eos, qui perveniunt ad illud (xv, 8; xliv, 12).

Ratio miseriae saeculi huius est praevaricatio Adae, qui abscidit annos eorum, qui ab ipso geniti sunt (xvii, 3). Post peccatum eius mors decreta est in eos, qui gignerentur (xxiii, 4). Propter Adam vadit multitudo hominum ad corruptionem (xlviii, 42-44.) Adam quidem induxit mortem in eos, qui nondum nati sunt, sed unusquisque sua propria operatione sibi gloriam comparat aut damnationem incurrit (liv, 15). Unusquisque sibi fit Adam (liv, 49). — Sequelae Adae peccati sunt : mors praematura, dolores, luctus, concupiscentia sexualis (lvi, 6). Adam etiam angelis factus est periclitatio, nam angeli mulieres concupierunt (liv, 13). Multi sumpserunt de tenebris Adae, nec delectati sunt luce lucernae (xviii, 2). — Hinc sequitur auctorem admisisse speciem aliquam *reatus poenae,* quam posteri Adae ob eius peccatum contraxissent, attamen Adae posterorumque eius voluntatem post ipsum peccatum intactam esse contendit; igitur in definiendo ambitu reatus huiusce poenae cum dogmate catholico non omnino convenit.

Sententiae Auctoris eschatologicae non omnino clarae apertaeque sunt. Momenta enim praecipua eschatologiae apocalypticae : signa praevia adventus Messiae, regnum eius, resurrectio mortuorum, iudicium universale non semper eodem ordine recurrunt. Sunt enim loci, ubi regnum Messiae modo chiliastarum mere terrestre statuatur; alibi vicissim apparitio Messiae demum post resurrectionem mortuorum, in fine mundi, ponitur.

Adventum Messiae praecedent plagae, quas totus orbis percepturus est (xxix, 1). Adveniente Messia revelabuntur Behemoth et Leviathan, duae bestiae potentes, quarum carnes in escam iustorum repositae sunt. Vitis et triticum dabunt fructus mirae quantitatis, descendetque ros sanitatis de caelo (xxix,

1. Cf. Weber, *die Lehren des Talmuds,* Leipzig, 1880. In alia forma recurrit eadem idea in *Pastore* Hermae, ubi Hermas in forma mulieris vetulae conspicit Ecclesiam διὰ ταύτην ὁ κόσμος κατηρτίσθη (*Vis.* ii, 4, 1).

2. *Op. cit.* p. 6, in nota ad IV, 3.

4-8). Postea Messias in caelum assumetur et mortui resurgent : iusti gaudebunt, impii tabescent (xxx, 2-5).

Similia referuntur in fine visionis de viti et silva et fonte. Destructo regno quarto, eoque ultimo, Deo inimico revelabitur principatus Messiae (xxxix, 7). Ultimus regni impii dux relinquetur vivus, quem Messias omnium impietatum reum condemnabit et occidet; principatus autem Messiae in saeculum stabit, donec consummetur mundus corruptionis (xl, 1-4).

Aliter sonant placita auctoris in fine visionis de nubibus lucidis et nigris et de fulgure corruscante. Quando, ait, iam aetas mundi ad maturitatem pervenerit, plurimae perturbationes, bella, aliaeque calamitates instabunt. Terraemotus, fames erunt in terra; qui autem hasce effugerint, tradentur in manus Messiae (lxx, 2-9). Terra autem sancta proteget populum; Messias vero aliquos populos trucidabit, aliis parcet (lxxi-lxxii). Postea considebit super thronum suum et tunc quies et tranquillitas erit; ros sanitatis descendet, luctus, lamenta, infortunia cessabunt (lxxiii, 1-7). Horum eventuum rationem assignat verbis : hoc tempus esse consummationem eorum, quae corruptibilia sunt, et initium eorum, quae incorruptibilia sunt; perinde ac si beatitudinem regni Messiani ad finem mundi posuerit. Rem ulterius discutere non est meum; manifestum est auctorem fontibus antiquioribus usum esse, quos inepte compilavit. Nec vero exinde concludi posse arbitror pluralitatem auctorum Apocalypseos. Nam, uti recte monet Bousset, eiusmodi operum auctores viri erant parum culti, qui operibus antiquiorum usi sunt, nec multum curarunt contradictiones et differentias fontium, quos ad novas apocalypses componendas praesto habebant.

De resurrectione mortuorum eodem fere modo agit ac S. Paulus in Ep. ad Cor. : pulvis reddit mortuos, quos recepit nihil immutans in figura ipsorum (l, 2-4). Postea immutabitur forma beatorum in gloriam et in lumen gloriae (li, 3-5) et malorum in damnationem (li, 4-6). Gentium, qui se cum semine *populi* commiscuere, finis bonus erit (xlii, 2. 5). Omnis populus, qui non conculcavit Iacob, vivet (lxxii, 4). Qui vero ei dominatus est, peribit. Qui autem commiscentur cum gentibus, etiamsi initio bene egerint, postea condemnabuntur (xlii, 4).

In universum, iudicium Charles[1], qui dicit doctrinam libri cum placitis Iudaeorum coaevorum convenire, verum est; hinc mirum non est opus hoc in Ecclesia nunquam tantam auctoritatem adeptum esse, quam librum IV Esdrae, qui ob elementa imprimis christiana libro illi admixta diu maxima in veneratione habebatur.

1. *Op. cit.* p. lxxi.

Sententia auctoris circa regnum Messianicum finemque saeculi accurate definiri non potest. Duobus locis Messiam regem terrestrem esse supponit xxxix, 1 seqq. *Ib.* 7, 8 aliter lxviii, 3 seqq., ubi de Messianico regno ita loquitur, ac si id initium esset saeculi novi, quod incipit a iudicio universali et mortuorum resurrectione, dum duobus locis prioribus iudicium universale demum post adventum Messiae eventurum esse pollicetur.

Adventum Messiae praecedent plagae magnae, quas totus orbis percepturus est (xxix, 1.) Messia veniente revelabitur Behemoth et Leviathan, duae bestiae enormes, quas Deus iustis in escam praeparavit. Vitis et triticum fructus dabunt mirae quantitatis, ros sanitatis de caelo descendet (xxix, 4-8). Postea Messias cum gloria assumetur et mortui resurgent : iusti gaudebunt, impii tabescent (xxx, 1-5.)

Similia narrat quando visionem de viti et silva et fonte interpretatur : destructo regno quarto Deo inimico revelabitur principatus Messiae (xxxix, 7) ultimus autem gentis illius dux relinquetur vivus, quem Messias arguet omnium impietatum et reum mortis condemnabit, principatus autem eius in saeculum stabit, donec consummetur mundus corruptionis (xl, 1-4.) His igitur locis principatus Messiae tamquam regnum tyranni terrestris modo crasso sensualique chiliastarum describitur. Aliis iterum locis auctor ita loquitur, ac si regnum Messianicum demum ad initium saeculi novi; hoc est, post resurrectionem et iudicium universale collocaret.

ܓܠܝܢܗ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ

APOCALYPSIS BARUCH FILII NERIAE

ܘܗܘܐ ܒܫܢܬ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܠܝܟܘܢܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ: ܗܘܐ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܚܙܝܬ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܠܝ ܥܡܐ ܗܢܐ: ܒܝܫܬܐ ܕܥܒܕܘ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܫܒܛܝܢ ܕܦܫܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܥܣܪܐ ܫܒܛܝܢ ܕܐܫܬܒܝܘ. ܫܒܛܐ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ ܡܢ ܡܠܟܝܗܘܢ ܐܬܐܠܨܘ ܕܢܚܛܘܢ: ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܬܪܬܝܢ ܗܢܝܢ ܐܠܨܢ ܗܘܘ ܩܛܪܢ ܠܡܠܟܝܗܘܢ ܕܢܚܛܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܐ ܡܝܬܐ ܐܢܐ ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܘܥܠ ܥܡܘܪܝܗ: ܘܬܬܪܝܡ ܡܢ ܩܕܡܝ ܥܕ ܙܒܢܐ: ܘܡܒܕܪ ܐܢܐ ܠܗ ܠܗܢܐ ܥܡܐ ܒܝܢܬ ܥܡܡܐ ܕܠܥܡܡܐ ܢܐܛܒ. ܘܥܡܝ ܕܝܢ ܢܬܪܕܐ ܘܢܐܬܐ ܙܒܢܐ ܘܢܒܥܘܢ ܡܨܠܚܢܘܬܗܘܢ ܕܙܒܢܝܗܘܢ܀

I. Et factum est anno vigesimo quinto Iechoniae regis Iudae, factum est verbum Domini super Baruch filium Neriae et dixit ei : [2] Vidistine omnia[a], quae facit mihi populus iste, mala, quae fecerunt duae tribus istae, quae remanserunt, magis quam decem tribus, quae captivae abductae sunt? [3] Tribus enim priores a regibus suis adigebantur ad peccandum, istae duae vero ipsae adigebant et cogebant reges suos ad peccandum. [4] Propter hoc ecce adduco malum super urbem istam et super habitatores eius, et auferetur a conspectu meo ad tempus et disperdam populum istum inter gentes, ut gentibus praedicet[b]. [5] Et populus meus castigabitur et veniet tempus et quaerent prosperitatem temporum suorum.

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 r° *b*] — In titulo : *Liber apocalypsis Baruch filii Neriae translatus de graeco in syriacum* ܟܬܒܐ ܕܓܠܝܢܗ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ ܕܡܦܩ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ; ܟܬܒܐ. — 4 ܒܡܠܟܘ. — 7 ܡܕܝܢܬܐ. — 8 ܥܡܘܪܝܐ.

[a] *omnia*] Ceriani : *quaecunque* facit; Charles : *that the evils which these two tribes which remained have done, are greater* at ܡܕܡ non refertur ad ܒܝܫܬܐ sed ad ܚܙܝܬ. — [b] *ut gentibus praedicet*] Ryssel : *damit es den Völkern wohl ergehen... soll,* sed verbum ܐܛܐܒ hanc significationem non admittit; Charles et Ceriani : *ut gentibus benefaciat,* quod contextus non admittit.

II. Haec autem dixi tibi, ut dicas Ieremiae et omnibus qui similes vobis sunt, ut recedatis ab urbe ista. [2] Quia opera vestra sunt urbi huic tamquam columna firma et preces vestrae tamquam murus validus.

III. Et dixi : O dominator Domine [a], ideone veni in mundum, ut viderem mala matris meae? Nequaquam, Domine. [2] Si inveni gratiam in oculis tuis, recipe prius spiritum meum, ut vadam ad patres meos et non spectem exitium matris meae. [3] Quia duo urgent me vehementer : resistere enim tibi non possum, sed neque spectare malum matris meae potest anima mea. [4] Unum autem loquar in conspectu tuo, Domine. [5] Quid ergo erit post ista? Si enim perdis urbem tuam et tradis terram eis qui oderunt nos, quomodo iterum memorabitur nomen Israel? [6] Aut quomodo loquetur de laudibus tuis? Aut cuinam explicabitur quod est in lege tua? [7] Anne mundus revertetur ad naturam suam et saeculum redibit ad silentium pristinum? [8] Et tolletur [b] multitudo animarum et natura hominum ultra non nominabitur? [9] Et ubinam est quodcumque dixisti Moysi de nobis?

ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܡܪܬ ܠܟ ܕܬܐܡܪ ܠܐܪܡܝܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܕܡܝܢ ܠܟܘܢ ܕܬܬܪܚܩܘܢ ܠܟܘܢ ܡܢ ܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܡܛܠ ܕܥܒܕܝܟܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܥܡܘܕܐ ܫܪܝܪܐ: ܘܨܠܘܬܟܘܢ ܐܝܟ ܫܘܪܐ ܚܣܝܢܐ܀

ܘܐܡܪܬ: ܐܘ ܡܪܝܐ ܡܪܝ: ܠܗܕܐ ܐܬܝܬ ܠܥܠܡܐ ܕܐܚܙܐ ܒܝܫܬܗ ܕܐܡܝ܀ ܠܐ ܡܪܝ: ܐܢ ܐܫܟܚܬ ܪܚܡܐ ܒܥܝܢܝܟ: ܣܒ ܠܘܩܕܡ ܪܘܚܝ ܕܐܙܠ ܠܘܬ ܠܘܬ ܐܒܗܬܝ ܘܠܐ ܐܚܙܐ ܠܐܘܒܕܢܗ ܕܐܡܝ. ܡܛܠ ܕܬܪܬܝܢ ܐܠܨܝ ܠܝ ܛܒ: ܕܐܩܘܡ ܓܝܪ ܠܘܩܒܠܟ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܠܐ ܕܐܚܙܐ ܒܒܝܫܬܗ ܕܐܡܝ ܡܫܟܚܐ ܢܦܫܝ. ܚܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܩܕܡܝܟ ܡܪܝܐ: ܡܢܐ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܚܪܒ ܐܢܬ ܡܕܝܢܬܟ: ܘܡܫܠܡ ܐܢܬ ܐܪܥܟ ܠܣܢܐܝܢ: ܐܝܟܢܐ ܬܘܒ ܡܬܕܟܪ ܫܡܗ ܕܐܝܣܪܝܠ܀ ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܢܬܡܠܠ ܥܠ ܬܫܒܚܬܟ܀ ܐܘ ܠܡܢܘ ܡܬܦܫܩ ܡܕܡ ܕܒܢܡܘܣܟ܀ ܐܘ ܕܥܠܡܐ ܢܗܦܘܟ ܠܗ ܠܛܒܝܥܬܐ ܕܟܝܢܗ܀ ܘܥܠܡܐ ܠܗܘ ܐܙܠ ܠܗ ܠܫܠܝܐ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܘܡܬܛܥܢ ܠܗ ܣܘܓܐܐ ܕܢܦܫܬܐ܀ ܘܟܝܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܬܘܒ ܠܐ ܡܬܕܟܪ܀ ܘܐܝܟܐ ܗܝ ܟܠ ܡܐ ܕܐܡܪܬ ܠܡܘܫܐ ܥܠܝܢ܀

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 r° b et c] — 20 ܡܬܦܫܩܘܢ (sic). — 23 ܘܡܬܛܥܢ.

[a] *dominator Domine*] Ryssel : *Herr mein Gott*, Charles : *o Lord my Lord;* locutionem hanc, quae etiam in libro IV Esdrae reperitur, etsi non omnino congrua est, retinui. — [b] *tolletur*] Ceriani : *recipiet se.* Ryssel mavult legere ܘܡܬܥܩܪ et transfert : *und soll ausgerottet werden;* sed tunc ܘܡܬܥܩܪ legere deberet.

ܘܐܡܪ ܠܝ ܡܪܝܐ: ܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܙܒܢܐ ܡܫܬܠܡܐ: ܘܥܡܐ ܡܬܪܕܐ ܙܒܢܐ: ܘܥܠܡܐ ܠܐ ܡܬܛܥܝܐ. ܐܘ ܕܠܡܐ ܡܣܒܪ ܐܢܬ ܕܗܕܐ ܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܐܡܪܬ ܥܠܝܗ ܕܥܠ ܦܣܬ ܐܝܕܝ̈ ܨܪܬܟܝ܂ ܠܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܒܢܝܢܐ ܕܗܫܐ ܒܢܐ ܒܝܢܬܟܘܢ ܗܘ ܕܡܬܓܠܐ ܠܘܬܝ: ܗܘ ܕܛܝܒܐ ܡܩܕܡ ܡܢ ܠܘܬܝ: ܡܢ ܟܕ ܐܬܚܫܒܬ ܕܐܥܒܕ ܦܪܕܝܣܐ. ܘܚܘܝܬܗ ܠܐܕܡ ܡܢ ܩܕܡ ܕܠܐ ܢܣܟܠ: ܡܐ ܕܝܢ ܫܕܐ ܦܘܩܕܢܐ ܐܫܬܩܠܬ ܡܢܗ ܐܟܘܬ ܕܐܦ ܦܪܕܝܣܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܚܘܝܬܗ ܠܥܒܕܝ ܐܒܪܗܡ ܒܠܠܝܐ ܒܝܬ ܦܘܠܓܐ ܕܕܒܚܐ. ܘܬܘܒ ܐܦ ܠܡܘܫܐ ܚܘܝܬܗ ܒܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܟܕ ܚܘܝܬܗ ܕܡܘܬܐ ܕܡܫܟܢܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܡܐܢܘܗܝ. ܘܗܫܐ ܗܐ ܢܛܝܪܐ ܠܘܬܝ ܐܟܘܬ ܕܐܦ ܦܪܕܝܣܐ. ܙܠ ܗܟܝܠ ܥܒܕ ܐܝܟ ܕܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܠܡܐ ܐܢܐ ܚܝܒܐ ܕܐܗܘܐ ܒܨܗܝܘܢ. ܕܣܢܐܝܟܝ ܢܐܬܘܢ ܠܗܢܐ ܐܬܪܐ ܘܢܛܢܦܘܢ ܡܩܕܫܟ ܘܢܫܒܘܢ ܝܪܬܘܬܟ ܘܢܫܬܠܛܘܢ ܒܗܠܝܢ ܕܐܚܒܬ ܙܪܥܗ: ܘܢܐܙܠܘܢ ܬܘܒ ܠܐܬܪܐ ܕܦܬܟܪܝܗܘܢ ܘܢܫܬܒܗܪܘܢ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܘܡܢܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܠܫܡܟ ܪܒܐ. ܘܐܡܪ ܠܝ ܡܪܝܐ:

IV. Et dixit mihi Dominus : Urbs ista ad tempus tradetur et populus castigabitur aliquandiu et saeculum oblivioni non dabitur.[2] Anne putas, hanc esse urbem, de qua dixi[a] : *Super volas manuum mearum descripsi te?*[3] Non ista aedificatio nunc aedificata in medio vestrum, illa est, quae revelabitur apud me, quae hic praeparata fuit ex quo cogitavi facere paradisum.[4] Et ostendi eam Adam priusquam peccaret; cum vero abiecit mandatum, sublata est ab eo, ut etiam Paradisus.[5] Et postea ostendi eam servo meo Abraham[b] noctu inter divisiones victimarum.[6] Et iterum etiam Moysi ostendi eam in monte Sinai[c], quando ostendi ei imaginem tabernaculi et omnia vasa eius.[7] Et nunc ecce servatur[d] apud me, sicut et Paradisus.[8] Ito ergo et fac, quemadmodum praecipio tibi.

V. Et respondi et dixi : Futurum est ergo, ut sim reus[e] in Sion, quia venient qui oderunt te ad istum locum et polluent sanctuarium tuum et in captivitatem abducent hereditatem tuam et dominabuntur eorum, quos dilexisti, et abibunt iterum in regionem idolorum suorum et gloriabuntur ante eos.[f] Et

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 r° *c* — f° 257 v° *a*]

[a] Is. XLIX, 16. — [b] Gen. XV, 17. — [c] Ex. XXV, 9, 40. — [d] 6 *servatur*] Ceriani : *custoditur*. — [e] *ut sim reus*] sic et Ryssel; Ceriani : *ut succumbam*, Charles : *I shall be in great straits;* falso, nam propheta ideo declinat missionem ad quam divinitus deputatur, ne se aliisque iustis secedentibus *reus fiat* dirutae civitatis. — [f] Ios. VII, 9 (IV Esdrae IV, 25; X, 22).

quid facturus es nomini tuo magno?[a] [2] Et dixit mihi Dominus : Nomini meo et gloriae meae saeculum aeternum est[b] : iudex autem meus tempore suo custodit ius suum. [3] Et tu videbis oculis tuis, non hostes subvertere Sion, neque comburere Ierusalem, sed iudicio inservire ad tempus. [4] Tu vero vade et fac quodcumque dixi tibi. [5] Et abii et assumpsi Ieremiam et Addo et Saraiam[b] et Iabiš et Godoliam et omnes honoratos populi et duxi eos in vallem Cedron et narravi eis quidquid dictum fuerat mihi. [6] Et levaverunt voces suas et fleverunt omnes. Et consedimus ibi et ieiunavimus usque ad vesperam.

VI. Et factum est die crastina et ecce exercitus Chaldaeorum circumdedit urbem et tempore vesperae reliqui populum, ego Baruch, et exivi et steti apud quercum[2] et contristabar super Sion et ingemiscebam super captivitatem, quae supervenerat populo. [3] Et ecce subito spiritus fortitudinis sustulit me et extulit me supra murum Ierusalem in altum. [4] Et vidi et ecce quatuor Angeli stantes super quatuor angulos urbis tenentes unusquisque eorum lampadem

ܫܡܝ ܘܫܘܒܚܝ ܠܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡܝܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ. ܕܝܢܝ ܕܝܢ ܒܙܒܢܗ ܢܛܪ ܙܕܩܗ. ܘܐܢܬ ܚܙܐ ܒܥܝܢܝܟ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܚܪܒܝܢ ܠܨܗܝܘܢ ܘܠܐ ܡܘܩܕܝܢ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܐܠܐ ܠܕܝܢܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܙܒܢܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܙܠ ܘܥܒܕ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܡܪܬ ܠܟ. ܘܐܙܠܬ ܘܕܒܪܬ ܠܐܪܡܝܐ ܘܠܥܕܘ ܘܠܣܪܝܐ ܘܠܝܒܫ ܘܠܓܕܠܝܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܝܩܪܘܗܝ ܕܥܡܐ: ܘܐܦܩܬ ܐܢܘܢ ܠܢܚܠܐ ܕܩܕܪܘܢ ܘܐܫܬܥܝܬ ܠܗܘܢ ܟܠ ܕܐܬܐܡܪ ܠܝ. ܘܐܪܝܡܘ ܩܠܗܘܢ ܘܒܟܘ ܟܠܗܘܢ. ܘܝܬܒܢ ܬܡܢ ܘܨܡܢ ܥܕܡܐ ܠܪܡܫܐ܀

ܘܗܘܐ ܠܝܘܡܐ ܕܡܚܪ ܘܗܐ ܚܝܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܚܕܪܘܗ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܘܒܥܕܢ ܪܡܫܐ ܫܒܩܬܗ ܠܥܡܐ ܐܢܐ ܒܪܘܟ ܘܢܦܩܬ ܘܩܡܬ ܠܘܬ ܒܠܘܛܐ ܘܡܬܬܥܝܩ ܗܘܝܬ ܥܠ ܨܗܝܘܢ: ܘܡܬܬܢܚ ܥܠ ܫܒܝܬܐ ܕܐܬܬ ܥܠ ܥܡܐ. ܘܗܐ ܡܢ ܫܠܝܐ ܪܘܚܐ ܕܚܝܠܐ ܐܪܝܡܬܢܝ ܘܐܦܩܬܢܝ ܠܥܠ ܡܢ ܫܘܪܗ ܕܐܘܪܫܠܡ ܠܥܠ. ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܐܪܒܥܐ ܡܠܐܟܝܢ ܩܝܡܝܢ ܥܠ ܐܪܒܥܬܗܝܢ ܙܘܝܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܚܕ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 v° a] — 9 ܡܝܩܪܘܗܝ.

[a] *Et quid facturus es nomini tuo magno*] Ryssel in nota putat praeferendam esse lectionem ܥܒܕܬ *Was habe ich deinem hehren Namen angethan*, spectato tamen contextu translatio Ceriani retinenda est. — [b] Ps. CXXXIV, 13. — [b] Saraia (שְׂרָיָה) iuxta Ier. LI, 59, frater erat Baruch. — Non est certum agi de quercu Gen. XIII, 18, sicut voluit Fritzsche et Ryssel c. XLVII apocalypseos nostrae allegantes, forte quercus ex mente auctoris prope vallem Cedron sita erat (Charles).

ܐܚܝܕܝܢ ܠܡܦܐܕܐ ܕܢܘܪܐ ܒܐܝܕܝܗܘܢ. ܘܡܠܐܟܐ ܐܚܪܢܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܐܚܘܕܘ ܠܡܦܐܕܝܟܘܢ ܘܠܐ ܬܕܠܩܘܢ ܥܕܡܐ ܕܐܡܪ ܠܟܘܢ. ܐܫܬܕܪܬ ܓܝܪ ܕܠܘܩܕܡ ܐܡܪ ܠܐܪܥܐ ܡܠܬܐ ܘܐܣܝܡ ܠܘܬܗ ܡܕܡ ܕܦܩܕܢܝ ܡܪܝܐ ܡܪܝܡܐ. ܘܚܙܝܬܗ ܕܢܚܬ ܠܒܝܬ ܩܕܫ ܩܘܕܫܐ ܘܢܣܒ ܡܢ ܬܡܢ ܐܦܝ ܬܪܥܐ ܘܐܦܘܕܐ ܩܕܝܫܐ ܘܚܘܣܝܐ ܘܬܪܬܝܢ ܠܘܚܐ ܘܠܒܘܫܐ ܩܕܝܫܐ ܕܟܗܢܐ ܘܦܝܪܡܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ ܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ: ܗܠܝܢ ܕܠܒܝܫ ܗܘܐ ܟܗܢܐ ܘܟܠܗܘܢ ܡܐܢܝ ܩܘܕܫܐ ܕܡܫܟܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܐܪܥܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ: ܐܪܥܐ ܐܪܥܐ ܐܪܥܐ: ܫܡܥܝ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܩܒܠܝ ܗܠܝܢ ܕܡܓܥܠ ܐܢܐ ܠܟܝ ܘܢܛܪܝ ܐܢܘܢ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܐܚܪܝܐ ܕܡܐ ܕܐܬܦܩܕܬܝ ܬܬܠܝܢ ܐܢܘܢ: ܕܠܐ ܢܫܬܠܛܘܢ ܒܗܘܢ ܢܘܟܪܝܐ. ܡܛܠ ܕܡܛܐ ܠܗ ܙܒܢܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܠܙܒܢܐ ܘܐܫܬܠܡܬ: ܥܕܡܐ ܕܢܬܐܡܪ ܕܬܘܒ ܬܬܩܢ ܠܥܠܡܝܢ. ܘܦܬܚܬ ܐܪܥܐ ܦܘܡܗ ܘܒܠܥܬ ܐܢܘܢ܀

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬܗ ܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܡܠܐܟܐ ܗܠܝܢ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܡܦܐܕܐ: ܣܘܪܘ ܗܫܐ ܘܥܩܪܘ ܫܘܪܝܗ ܥܕܡܐ ܠܫܬܐܣܝܗ: ܕܠܐ ܢܫܬܒܗܪܘܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܘܢܐܡܪܘܢ: ܕܚܢܢ ܗܦܟܢܝܗܝ

ignis in manibus suis.[5] Et angelus alius descendebat de caelo et dixit eis : Tenete lampades vestras, neque accendatis, donec dicam vobis.[6] Missus sum enim, ut primum loquar terrae verbum et deponam apud eam, quod praecepit mihi Dominus altissimus.[7] Et vidi eum descendisse in Sancta Sanctorum et sumpsisse inde velum et Ephod sanctum et propitiatorium et duas tabulas et vestem sanctam sacerdotum et thuribulum et quadraginta octo lapides pretiosos, quos induebat sacerdos, et omnia vasa sancta tabernaculi.[8] Et dixit terrae voce alta : Terra, terra, terra, audi verbum Dei fortis et accipe quae ego committo tibi, et custodi ea usque ad extrema tempora, ut quando iussa fueris, ea reddas; ut non potiantur eis alienigenae.[9] Quia venit tempus, ut tradatur ad tempus et Ierusalem, usquedum dicatur, ut iterum restituatur in aeternum.[10] Et aperuit terra os suum et absorbuit ea[a].

VII. Et post haec audivi Angelum dicentem Angelis, qui tenebant lampades : [2] Solvite ergo et subvertite muros eius ad fundamenta, ne glorientur inimici et dicant : [3] Nos subvertimus murum Sion et incendimus murum Dei

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 v° *a* et *b*]

[a] 7-10. Cfr. II Mach. II, 4-8.

fortis et occupastis locum[a], in quo stabam antea.

VIII. Angeli autem fecerunt sicut praecepit eis; et cum dissipassent angulos muri, vox audita est ab interiore parte templi, postquam decidit murus dicens :[2] Ingredimini hostes et venite adversarii, discessit enim, qui custodiebat Domum.[3] Et abii ego Baruch. [4] Et factum est post haec, ingressus est exercitus Chaldaeorum et ceperunt domum et omnia in circuitu eius[5] et populum captivum abduxerunt et ex eis occiderunt et Sedeciam regem vinxerunt et miserunt ad regem Babylonis.

IX. Et veni ego Baruch, et Ieremias cuius cor inventum est purum a peccatis, qui captus non fuerat in occupatione urbis;[2] et scidimus vestes nostras et flevimus et luximus et ieiunavimus septem diebus.

X. Et factum est post septem dies, factum est super me verbum Dei et dixit mihi :[2] Dic Ieremiae, ut vadat et confirmet captivitatem populi usque

ܠܫܘܪܗ ܕܨܗܝܘܢ ܘܐܘܩܕܢ ܐܬܪܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ: ܘܐܫܬܠܛܬܘܢ ܠܐܬܪܐ ܕܩܐܡ ܗܘܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܝܡ܀

ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܥܒܕܘ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܠܗܘܢ: ܘܡܐ ܕܣܚܦܘ ܙܘܝܬܗ ܕܫܘܪܐ: ܩܠܐ ܐܫܬܡܥ ܡܢ ܓܘܗ ܕܗܝܟܠܐ: ܡܢ ܒܬܪ ܕܢܦܠ ܫܘܪܐ: ܕܐܡܪ: ܥܘܠܘ ܒܥܠܕܒܒܐ ܘܬܘ ܣܢܐܐ: ܐܙܠ ܓܝܪ ܗܘ ܕܢܛܪ ܒܝܬܐ. ܘܐܙܠܬ ܠܝ ܐܢܐ ܒܪܘܟ. ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܥܠ ܚܝܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܘܐܚܕܘܗܝ ܠܒܝܬܐ ܘܠܟܠ ܕܚܕܪܘܗܝ ܘܠܥܡܐ ܫܒܘ: ܘܡܢܗܘܢ ܩܛܠܘ ܘܠܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ ܐܣܪܘ ܘܫܕܪܘܗܝ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ܀

ܘܐܬܝܬ ܐܢܐ ܒܪܘܟ ܘܐܪܡܝܐ ܗܘ ܕܐܫܬܟܚ ܠܒܗ ܕܟܐ ܡܢ ܚܛܗܐ: ܗܘ ܕܠܐ ܐܬܐܚܕ ܒܡܐܚܕܢܘܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܘܨܪܝܢ ܡܐܢܝܢ ܘܒܟܝܢ ܘܐܬܐܒܠܢ ܘܨܡܢ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ܀

ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ: ܗܘܐ ܥܠܝ ܦܬܓܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܐܡܪ ܠܐܪܡܝܐ ܕܢܐܙܠ ܘܢܣܡܘܟ ܫܒܝܬܗ ܕܥܡܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 v° *b* et *c*] — 4 ܠܗܘܢ. — 18 ܘܨܪܝܢ ܘܐܬܐܒܠܢ (sic).

[a] *et occupastis locum*] Charles aliquid excidisse suspicatur et mavult legere ܪܘܚܐ ܐܗܦܟܬܢܝ et transfert : *And the Spirit restored me to the place etc.* verba ad Baruch referens, at non recte; nam ܪܘܚܐ in Apocalypsi femininum est, ergo ܘܐܗܦܟܬܢܝ debuisset scribere; mallem legere ܘܐܚܕܢ *et occupavimus*, probabiliter agitur tantum de mutatione personarum inepta, quatenus verba in persona Dei continuantur et adversarii a Deo interpellantur. — VIII. 1-2. Vocis vehementis, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν clamantis mentionem facit etiam Fl. Iosephus in Op. *De bello Iudaico* VI, 5, 3. Tacitus quoque (*Hist.* V, 13) refert : ... *et apertae repente delubri fores et audita maior humana vox excedere deos,* narrans alia quoque prodigia, quorum fama ex Oriente percrebruerat.

ܠܫܒܝܐ ܠܒܒܠ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܩܘܝ ܗܪܟܐ ܒܚܘܪܒܗ ܕܨܗܝܘܢ: ܘܐܢܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ. ܘܐܡܪܬ ܠܐܪܡܝܐ ܐܝܟ ܕܦܩܕܢܝ ܡܪܝܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܙܠ ܥܡ ܥܡܐ: ܐܢܐ ܕܝܢ ܒܪܘܟ ܗܦܟܬ ܐܬܝܬ ܘܝܬܒܬ ܩܕܡ ܬܪܥܝ ܗܝܟܠܐ ܘܐܠܝܬ ܐܠܝܬܐ ܗܕܐ ܥܠ ܨܗܝܘܢ ܘܐܡܪܬ: ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܠܐ ܐܬܝܠܕ ܐܘ ܠܡܢ ܕܐܬܝܠܕ ܘܡܝܬ. ܠܢ ܕܝܢ ܠܚܝܐ ܕܚܝܝܢ: ܘܝ ܠܢ ܕܚܙܝܢ ܐܘܠܨܢܗ ܕܨܗܝܘܢ ܘܡܕܡ ܕܓܕܫܗ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܐܩܪܐ ܠܣܝܪܢܣ ܡܢ ܝܡܐ ܘܐܢܬܝܢ ܠܠܝܬܐ ܡܢ ܡܕܒܪܐ ܐܬܝܝܢ: ܘܫܐܕܐ ܘܝܪܘܪܐ ܡܢ ܥܒܐ: ܐܬܬܥܝܪܘ ܘܐܣܘܪܘ ܚܨܝܟܘܢ ܠܡܪܩܕܬܐ ܘܫܩܘܠܘ ܥܡܝ ܐܠܝܬܐ ܘܐܪܩܕܘ ܥܡܝ. ܐܢܬܘܢ ܦܠܚܐ: ܠܐ ܬܙܪܥܘܢ ܬܘܒ: ܘܐܢܬܝ ܐܪܥܐ: ܠܡܢܐ ܝܗܒܬܝ ܦܐܪܐ ܕܥܠܠܬܟܝ. ܐܚܘܕܝ ܒܓܘܟܝ ܚܠܝܘܬܐ ܕܡܬܪܣܝܢܘܬܟܝ. ܘܐܢܬܝ ܓܦܬܐ: ܠܡܢܐ ܡܘܣܦܬ ܕܬܬܠܝܢ ܚܡܪܟܝ. ܕܠܐ ܬܘܒ ܡܬܩܪܒ ܡܢܗ ܒܨܗܝܘܢ: ܘܠܐ ܬܘܒ ܪܫ ܦܐܪܐ ܡܬܩܪܒܝܢ. ܘܐܢܬܘܢ ܫܡܝܐ: ܐܚܘܕܘ ܛܠܠܝܟܘܢ: ܘܠܐ

ad Babylonem. [3] Tu autem mane hic in desolatione Sion et ego ostendam tibi post hos dies, quod futurum est, ut contingat in fine dierum. [4] Et dixi Ieremiae, sicut praecepit mihi Dominus. [5] Et ipse quidem ivit cum populo, ego autem Baruch reversus sum et sedi ante portas templi et lamentatus sum lamentationem istam super Sion et dixi : [6] Beatus ille, qui natus non est, aut qui natus est et mortuus est. [7] Nobis vero, qui vivimus, vae nobis, quia vidimus tribulationes Sion et quod accidit Ierusalem. [8] Advocabo Sirenes de mari; et vos Lilithae[a] e deserto venite et Satyri[b] et ferulae[c] e silvis : evigilate et accingite femora vestra ad planctum et assumite mecum lamentationes et plangite mecum! [9] Vos agricolae, ne seminetis iterum, et tu, terra, cur das fructus frugum tuarum? Retine intra te dulcedinem alimentorum tuorum. [10] Et tu, vitis, cur ultra das vinum tuum? Quia iterum non offeretur inde in Sion, neque iterum primitiae offerentur. [11] Et vos, caeli, retinete ro-

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 v° c] — 10 ܕܚܝܝܢ. — 11 ܕܚܙܝܢ. — 13 ܐܬܝܝܢ. — 14 ܘܐܣܘܪܘ. — 21 ܡܢܗ.

X. 6. Iob. III, 11. — 8. Is. XXXIV, — 14. Is. LIV, 1. — [a] *Lilithae*] Ryssel : *Nachtfrauen*. Cfr. Is. XXXIV, 14. — [b] *Satyri*] Ryssel : *Daemonen;* certe in usu communi loquendi ܫܐܕܐ = daemon; cum autem totus hic locus ab Is. XXXIV, 14 et XIII, 21 dependeat et שעיר = ܫܐܕܐ (Pešitta) = δαιμόνιον (LXX), probabile videtur hoc loco voce ܫܐܕܐ non daemonia simpliciter, sed Satyri (id est simias pilosas — cfr. Vulg. Is. XIII, 14 שעיר = pilosus) designari. — [c] *Ferulae*] Ryssel *Schakale*, Charles *Dragons*. Charles voce תנים (Is. XIII, 22 ubi תנים = ܝܪܘܪܐ) falso intellecta hoc loco syriacum ܝܪܘܪܐ cum hebraico תנינים confundit; תנים (sing. תן) designat aliquam feram minorem voces ululantes edentem (cfr. Is. XIII, 22; XLIII, 20; Mich. I, 8. In targumim plerumque ירודין — cum errore manifesto vocabulum hoc impressum invenitur).

rem vestrum, neque aperiatis thesauros pluviae. [12] Et tu, sol, retine lucem radiorum tuorum; et tu, luna, extingue multitudinem lucis tuae. Cur enim iterum orietur lux, ubi lux Sion obscurata est. [13] Et vos, sponsi, ne ingrediamini, et virgines coronis ne ornentur; et vos mulieres ne oretis ut pariatis. [14] Laetentur enim potius steriles et gaudeant illae, quae filios non habent, et illae, quae filios habent contristentur. [15] Cur enim pariant in doloribus et sepeliant in gemitibus? [16] Aut cur iterum filios habeant homines, aut semen naturae eorum cur iterum nominetur, ubi ista Mater desolata est et filii eius in captivitatem abducti sunt[17]? Ex hoc nunc ne iterum loquamini de pulchritudine, neque disseratis de decore. [18] Vos autem, sacerdotes, sumite claves Sanctuarii et proiicite in altitudinem caeli et date eas Domino et dicite : Custodi domum tuam tu, nos enim ecce inventi sumus* oeconomi mendaces. [19] Et vos, virgines, quae netis byssum et sericum cum auro Ophir, festinate et sumite omnia et proiicite in ignem, ut afferat ea ad illum, qui fecit ea, et flamma remittat ea ad illum, qui creavit ea, ne potiantur eis inimici.

ܐܚܘܕܘ ܐܡܘܪܐ ܕܡܛܪܐ. ܘܐܦ ܫܡܫܐ: ܐܚܘܕ ܢܘܗܪܐ ܕܙܠܝܩܝܟ: ܘܐܦ ܣܗܪܐ: ܐܥܡ ܣܘܓܐܐ ܕܢܘܗܪܟ. ܠܡܢܐ ܓܝܪ ܬܘܒ ܢܕܢܚ ܢܘܗܪܐ ܐܝܟܐ ܕܢܘܗܪܗ ܕܨܗܝܘܢ ܚܫܟ. ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܚܬܢܐ ܠܐ ܬܥܠܘܢ: ܘܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܝܠܐ ܠܐ ܢܬܨܒܬܢ. ܘܐܦ ܢܫܐ: ܠܐ ܬܨܠܝܢ ܕܬܐܠܕܢ. ܢܬܒܣܡܢ ܓܝܪ ܝܬܝܪܐܝܬ ܥܩܪܬܐ: ܘܢܚܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܠܗܝܢ ܒܢܝܐ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܝܢ ܒܢܝܐ ܢܬܟܪܝܢ. ܠܡܢܐ ܓܝܪ ܢܐܠܕܢ ܒܟܐܒܐ ܘܢܩܒܪܢ ܒܬܢܚܬܐ. ܐܘ ܠܡܢܐ ܬܘܒ ܢܗܘܘܢ ܠܗܘܢ ܒܢܝܐ ܠܒܢܝܢܫܐ. ܐܘ ܙܪܥܐ ܕܟܝܢܗܘܢ ܠܡܢܐ ܬܘܒ ܢܫܬܡܗ: ܐܝܟܐ ܕܗܕܐ ܐܡܐ ܚܪܝܒܐ ܘܒܢܝܗ ܐܫܬܒܝܘ. ܡܢ ܗܫܐ ܠܐ ܬܘܒ ܬܐܡܪܘܢ ܥܠ ܫܘܦܪܐ: ܘܠܐ ܬܡܠܠܘܢ ܥܠ ܝܐܝܘܬܐ. ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܟܗܢܐ: ܣܒܘ ܩܠܝܕܐ ܕܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܘܫܕܘ ܐܢܝܢ ܠܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ ܘܗܒܘ ܐܢܝܢ ܠܡܪܝܐ ܘܐܡܪܘ: ܛܪ ܒܝܬܟ ܐܢܬ: ܚܢܢ ܓܝܪ ܗܐ ܐܫܬܟܚܢ ܪܒܝ ܒܬܐ ܕܓܠܐ. ܘܐܦ ܒܬܘܠܬܐ ܕܙܩܠܝܢ ܒܘܨܐ ܘܫܐܪܝܐ ܥܡ ܕܗܒܐ ܕܐܘܦܝܪ: ܐܣܬܪܗܒܝܢ ܘܫܩܘܠܝܢ ܟܠܡܕܡ ܘܫܕܝܢ ܒܢܘܪܐ: ܕܬܥܠ ܐܢܝܢ ܠܘܬ ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܢܝܢ: ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܬܫܕܪ ܐܢܝܢ ܠܘܬ ܗܘ ܕܒܪܐ ܐܢܝܢ: ܕܠܐ ܢܫܬܠܛܘܢ ܒܗܝܢ ܒܥܠܕܒܒܐ܀

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 257 v° c — f° 258 r° a] — 3 ܐܥܡܝ (sic). — 18 ܩܠܝܕܐ. — 21 ܐܫܟܚܢ. — 23 ܐܣܬܪܗܒܝܢ.

* *ecce inventi sumus*] recepta correctione Ceriani ܐܫܬܟܚܢ pro *invenimus* ܐܫܟܚܢ ut Codex habet.

ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܐܢܐ ܒܪܘܟ ܠܘܩܒܠܟܝ ܒܒܠ: ܕܐܠܘ ܗܘܝܬܝ ܐܢܬܝ ܡܨܠܚܐ ܘܨܗܝܘܢ ܥܡܪܐ ܒܫܘܒܚܗ: ܟܪܝܘܬܐ ܗܘܬ ܠܢ ܪܒܬܐ: ܕܫܘܝܐ ܗܘܝܬܝ ܥܡ ܨܗܝܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܗܐ ܟܪܝܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ: ܘܐܢܚܬܐ ܕܠܐ ܟܝܠ ܡܫܘܚܬܐ: ܕܐܢܬܝ ܗܐ ܡܨܠܚܐ ܐܢܬܝ ܘܨܗܝܘܢ ܚܪܝܒܐ. ܡܢܘ ܢܗܘܐ ܕܝܢܐ ܥܠ ܗܠܝܢ. ܐܘ ܠܡܢܘ ܢܬܪܥܡ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܓܕܫ ܠܢ. ܐܘ ܡܪܝܐ: ܐܝܟܢܐ ܣܝܒܪܬ. ܫܟܒܘ ܐܒܗܝܢ ܕܠܐ ܟܐܒܐ: ܘܙܕܝܩܐ ܗܐ ܕܡܟܝܢ ܒܐܪܥܐ ܒܫܠܝܐ: ܠܐ ܓܝܪ ܝܕܥܘ ܠܐܘܠܨܢܐ ܗܢܐ: ܘܐܦ ܠܐ ܫܡܥܘ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܓܕܫ ܠܢ. ܢܗܘܝܢ ܠܟܝ ܐܪܥܐ ܐܕܢܐ: ܘܠܟܝ ܥܦܪܐ ܠܒܐ ܘܙܠܘ ܘܚܘܘ ܒܫܝܘܠ ܘܐܡܪܘ ܠܡܝܬܐ: ܛܘܒܝܟܘܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܠܢ ܕܚܝܝܢ ܚܢܢ.

ܐܠܐ ܗܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܝܟ ܕܡܬܪܥܐ ܐܢܐ: ܘܐܡܠܠ ܠܘܩܒܠܟܝ ܐܪܥܐ ܕܡܨܠܚܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܛܗܪܐ ܝܩܕܐ: ܘܠܐ ܐܡܝܢܐܝܬ ܙܠܝܩܘܗܝ ܕܫܡܫܐ ܡܢܗܪܝܢ. ܠܐ ܬܣܒܪܝܢ ܘܬܣܒܪܝܢ ܕܒܟܠܙܒܢ ܬܗܘܐ ܡܨܠܚܐ ܘܚܕܝܐ: ܘܠܐ ܣܓܝ ܬܬܪܝܡܝܢ ܘܬܫܥܒܕܝܢ. ܡܛܠ ܕܒܙܒܢܗ ܢܬܬܥܝܪ ܥܠܝܟܝ ܪܘܓܙܐ ܗܘ ܕܗܫܐ ܒܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ ܐܝܟ

XI. Dico autem hoc ego, Baruch, contra te Babylon : Si fuisses tu prospera et Sion habitaret in gloria sua, dolor fuisset nobis magnus, quod esses aequalis Sion.[2] Nunc vero ecce dolor infinitus, et gemitus sine mensura, quia tu ecce prosperata es et Sion desolata.[3] Quisnam erit iudex de istis? Aut cuinam conqueremur de his, quae acciderunt nobis. O Domine, quomodo passus es [hoc]?[4] Requieverunt patres nostri sine doloribus et iusti ecce dormiunt in terra in tranquillitate.[5] Non enim noverunt augustiam istam, neque audierunt de his, quae contigerunt nobis.[6] Sint tibi terra aures et tibi, pulvis, cor; et ite et nunciate in inferno et dicite mortuis : Beati vos magis quam nosmetipsi, qui vivi sumus.

XII. Sed hoc dicam, sicut cogito et loquar contra te, terra, quae prosperaris.[2] Non utique semper meridies urit, neque assiduo radii solis ardent.[3] Ne praesumas putare te semper prosperam fore et gaudentem, neque valde extollaris, ut opprimas[a].[4] Certo enim tempore suo evigilabit contra te furor, qui nunc in longanimitate tamquam in frenis retinetur.[5] Et

Mediolani, Cod. Syr. B, 21. Inf. f° 258 r° *a* et *b*] — 14 ܕܒܚܢܝ. — 17 ܕܚܝܝܢ.

[a] *ut opprimas*] Charles et Ryssel pro ܬܫܥܒܕܝܢ legunt ܬܫܬܥܒܕܝܢ; emendatio omnino superflua; quoad formam syntacticam cfr. Nöldeke *Syrische Grammatik*, ed. II, Leipzig 1898, § 334.

cum haec dixissem, ieiunavi septem diebus.

XIII. Et factum est post haec, ego Baruch stabam super montem Sion; et ecce vox venit de excelsis et dixit mihi : [2] Sta super pedes tuos, Baruch, et audi verbum Dei fortis. [3] Quia stupuisti de iis, quae contigerunt Sion : propter hoc servatus servaberis in finem temporum, ut sis in testimonium, [4] ut si dicant unquam urbes illae, quae prosperantur : Cur adduxit super nos Deus fortis retributionem istam, [5] dicas eis tu et similes tibi, vos, qui vidistis calamitatem istam et retributiones, quae veniunt super vos et super populum vestrum tempore suo, ut perfecte castigentur gentes [a]. [6] Et ita permanebunt. [7] Et si dixerint illo tempore : Quando? [8] Dices eis : Vos, qui bibistis vinum colatum, bibetis etiam de faece eius. Iudicium enim excelsi non respicit personas. [9] Propter hoc filiis suis ante non pepercit, sed excruciavit eos sicut inimicos suos, quia peccaverunt. [10] Tunc igitur castigati sunt,

Mediolani. Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 258 r° b et c] — 13 [Syriac]. — 16 [Syriac]. — 18 [Syriac]. — 19 [Syriac].

[a] *Vos qui vidistis... : ut perfecte castigentur gentes*] Mihi quidem videtur verba « ut perfecte castigentur gentes » responsum esse, quod interrogantibus reddi iubetur. Auctor enim docente contextu calamitatem gentis Iudaeorum finaliter castigationi gentium inservire concipit, igitur ad quaestionem : « Cur adduxit super nos Deus retributionem » responderi vult verbis : « ut perfecte castigentur gentes ». Emendatio haec translationis multo simplicior est, quam additamenta arbitraria, quae Ryssel textui invehit transferens verba sic : *Das* [*ist das Unheil*] *und die Strafen, die über euch und über euer Volk* [*jetzt*] *Kommen* [*weil ihr unser Volk gezüchtigt habt*] *zu seiner Zeit, damit die Völker vollständig gezüchtigt werden.* Verba in uncinis posita Ryssel addidit, ut sensum aliquem sanum obtinere possit. — *et sic permaneant*] cum Ryssel; Ceriani et Charles : *et tunc expectabunt.*

ܡܛܠ ܕܢܬܚܣܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܘܐܡ̈ܘܬܐ ܚܝ̈ܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܗܫܐ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܕܫܬܘܢܗ̇ ܠܐܪܥܐ ܘܐܬܚܫܚܬܘܢ ܒܒܪ̈ܝܬܐ ܕܠܐ ܒܙܕܩܐ. ܒܟܠܙܒܢ ܓܝܪ ܗܘܝܬ ܡܛܐܒ ܠܟܘܢ ܘܐܢܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ ܟܦܘܪܝ ܛܝܒܘܬܐ ܒܟܠܙܒܢ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܗܐ ܐܘܕܥܬܢܝ ܡܫܘܚܬܗܘܢ ܕܙܒܢ̈ܐ ܘܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܘܐܡܪܬ ܠܝ ܕܠܥܡ̈ܡܐ ܐܙܠܐ ܦܘܪܥܢܐ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢܟ. ܗܫܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܣܓܝܐܝܢ ܐܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܛܘ: ܘܒܡܫܡܚܢܘܬܐ ܚܝܘ ܘܐܙܠܘ ܡܢ ܥܠܡܐ. ܩܠܝܠ ܗܘ ܕܝܢ ܥܡ̈ܡܐ ܡܫܬܚܪܝܢ ܒܗܘܢ ܙܒ̈ܢܐ. ܗܠܝܢ ܕܒܗܘܢ ܡܬܐܡܪܢ ܡ̈ܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܬ. ܘܡܢܐ ܓܝܪ ܡܘܬܪܢܐ ܐܝܬ ܒܗܕܐ ܐܘ ܡܢܐ ܕܒܝܫ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܢ ܕܓܕܫ ܡܣܟܝܢܢ ܕܢܚܙܐ܃ ܬܘܒ ܕܝܢ ܐܡܠܠ ܩܕܡܝܟ: ܡܢܐ ܐܘܬܪܘ ܗܠܝܢ ܕܝܕܥܘ ܩܕܡܝܟ ܘܠܐ ܐܙܠܘ ܒܣܪܝܩܘܬܐ ܐܝܟ ܫܪܟܐ ܕܥܡ̈ܡܐ܃ ܘܠܐ ܐܡܪܘ ܠܡܝ̈ܬܐ ܕܗܒܘ ܠܢ ܚܝ̈ܐ. ܐܠܐ ܒܟܠܙܒܢ ܩܕܡܝܟ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ: ܘܐܘܪ̈ܚܬܟ ܠܐ ܐܪܦܝܘ ܗܘܘ ܐܬܚܛܦܘ: ܘܐܦܠܐ ܡܛܠܬܗܘܢ ܚܣܬ ܥܠ ܨܗܝܘܢ. ܘܐܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܥܘܠܘ: ܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܨܗܝܘܢ ܕܡܛܠ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ

ut veniam consequantur. [11] Nunc vero vos, populi et gentes, rei estis, quia toto hoc tempore conculcastis terram et usi estis creatura iniuste. [12] Semper enim benefaciebam vobis et ingrati eratis semper.

XIV. Et respondi et dixi : Ecce indicasti mihi rationem temporum et quid futurum sit post haec, et dixisti mihi populis prodituram esse retributionem a te dictam. [2] Et nunc scio multos esse, qui peccaverunt et in prosperitate vixerunt et abierunt ex mundo, exigui autem populi superstites erunt illis temporibus, quibus dicentur verba, quae dixisti. [3] Et quaenam enim utilitas est in hoc, aut quidnam peius istis, quae vidimus contigisse, nobis expectabimus videndum? [4] Iterum autem loquar in conspectu tuo. [5] Quid profecerunt illi, qui confessi sunt coram te [a] et non ambulaverunt in vanitate sicut reliqui populi et non dixerunt mortuis : Date nobis vitam, sed semper timebant te et vias tuas non dereliquerunt? [6] Et ecce solertes erant [b] nec eorum causa misertus es Sion. [7] Et si alii inique egerunt, debebatur Sioni, ut propter opera illo-

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 258 r° *c* — f° 258 v° *a*] — 8 ܘܐܡܪܬ. — 17 ܘܣܪܝܩܝܢ.

[a] *qui confessi sunt coram te*] correcto ܝܕܥܘ in ܐܘܕܝܘ (Charles) sed negari nequit Ryssel a veritate haud longe abesse ܝܕܥܘ in sensu absoluto sumens : qui *intelligentes erant* (ידעו) ante te. — [b] *Et ecce solertes erant*] Charles et Ryssel accepta emendatione a Ceriani proposita legunt ܐܬܚܛܦܘ *abrepti sunt* iuxta xv, 2, ubi ad hunc locum allusio fieri videtur. Cum autem ܐܬܚܛܦܘ sensum sanum admittat et xv, 2, eodem iure ac locus hic corruptus haberi possit, textum mutare nolui.

rum, qui operati fuerant bona, dimitteretur ei, neque propter opera operantium iniquitatem submergeretur. [8] Sed quis, dominator Domine, assequetur judicium tuum? Aut quis investigabit profundum viae tuae? Aut quis supputabit gravitatem semitae tuae? [9] Aut quis poterit cogitare consilium tuum incomprehensibile? Aut quis unquam ex natis invenit principium aut finem sapientiae tuae? [10] Omnes enim similes facti sumus halitui. [11] Quemadmodum enim halitus ascendit non ex corde [a] et restinguitur : sic est natura hominum, qui sine sua voluntate vadunt et, quid eis futurum sit in fine, nesciunt. [12] Iusti enim bene sperant finem et sine timore ex hac vita proficiscuntur, quia habent apud te virtutem operum custoditam in promptuario. [13] Propter hoc etiam ipsi sine timore relinquunt mundum istum et fidentes in laetitia sperant se recepturos mundum, quem promisisti eis. [14] Nobis autem vae, qui et nunc probris afficimur et illo tempore expectamus mala. [15] Tu autem recte nosti, quid feceris de servis tuis, quia nos non possumus intelligere aliquid boni, quomodo tu sis fictor noster. [16] Ite-

ܕܥܒܕܘ ܛܒ̈ܬܐ ܢܫܬܒܩ ܠܗ܆ ܘܠܐ ܢܛܒܥܝܘܗܝ ܕܥܒ̈ܕܝ ܥܘܠܐ ܡܛܠ ܥܒ̈ܕܐ. ܐܠܐ ܡܢܘ܆ ܡܪܝܐ ܡܪܝ܆ ܢܕܪܟ ܠܗ ܠܕܝܢܟ܂ ܐܘ ܡܢܘ ܢܒܨܐ ܠܥܘܡܩܐ ܕܐܘܪܚܟ܂ ܐܘ ܡܢܘ ܢܬܚܫܒ ܥܠ ܝܘܩܪܐ ܕܫܒܝܠܟ܂ ܐܘ ܡܢܘ ܢܫܟܚ ܢܬܚܫܒ ܥܠ ܡܠܟܟ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ܂ ܐܘ ܡܢܘ ܡܡܬܘܡ ܡܢ ܝܠܝ̈ܕܐ ܐܫܟܚ ܪܫܐ ܐܘ ܫܘܠܡܐ ܕܚܟܡܬܟ܂ ܟܠܢ ܓܝܪ ܐܬܕܡܝܢ ܠܗܒܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܗܒܠܐ ܣܠܩ ܘܠܐ ܡܢ ܠܒܐ ܘܕܥܟ܆ ܗܟܢܐ ܗܘ ܟܝܢܗܘܢ ܕܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ܆ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܗܘܢ ܐܙܠܝܢ܆ ܘܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܒܫܘܠܡܐ܆ ܠܐ ܝܕܥܝܢ. ܙܕܝ̈ܩܐ ܓܝܪ ܛܒܐܝܬ ܡܣܟܝܢ ܠܫܘܠܡܐ ܘܕܠܐ ܕܚܠܬܐ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܢܦܩܝܢ܆ ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܠܘܬܟ ܚܝܠܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܢܛܝܪ ܒܐܘܨܪ̈ܐ. ܡܛܠܗܕܐ ܗܢܘܢ ܐܦ ܕܠܐ ܕܚܠܬܐ ܫܒܩܝܢ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ. ܘܟܕ ܬܟܝܠܝܢ ܒܚܕܘܬܐ ܡܣܟܝܢ ܕܢܩܒܠܘܢ ܠܥܠܡܐ ܕܡܠܟܬ ܠܗܘܢ. ܠܢ ܕܝܢ ܘܝ ܠܢ܆ ܕܐܦ ܗܫܐ ܡܨܛܥܪܝܢܢ ܘܗܘ ܙܒܢܐ ܡܣܟܝܢܢ ܠܒܝ̈ܫܬܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܝܕܥܬ ܡܢܐ ܥܒܕܬ ܒܥܒ̈ܕܝܟ܆ ܡܛܠ ܕܚܢܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܕܢܣܬܟܠ ܒܛܒܬܟ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. 258 v° *a*]

[a] *non ex corde*] id est, absque libera voluntate. Charles corrigit… ܡܢ ܠܒܐ ܘܠܐ ܗܦܟ *ascends from the heart and returning not is extinguished,* haec autem emendatio et superflua et inepta est, regulis enim grammaticae omnino repugnat.

ܕܝܠܗܘܢ ܐܡܠܠ ܕܐܝܟ ܩܕܡܝܟ. ܡܪܝ ܐܚܝ ܐܚܕܟܠ ܡܕܒܪܢܐ ܡܪܝܐ ܡܪܝ. ܟܕ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܥܠܡܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܥܡ ܥܡܘܪܘܗܝ: ܐܬܚܫܒܬ ܘܐܡܪܬ ܒܡܠܬܐ: ܘܡܚܕܐ ܥܒܕܘܗܝ ܕܒܪܝܬܐ ܩܡܘ ܩܕܡܝܟ: ܘܐܡܪܬ ܕܢܥܒܕ ܠܥܠܡܟ ܒܪܢܫܐ ܡܕܒܪܢܐ ܠܥܒܕܝܟ: ܕܢܬܝܕܥ ܕܠܐ ܗܘܐ ܗܘ ܐܬܥܒܕ ܡܛܠ ܥܠܡܐ: ܐܠܐ ܥܠܡܐ ܡܛܠܬܗ. ܘܗܫܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܥܒܕ ܡܛܠܬܢ ܗܐ ܡܩܘܐ: ܚܢܢ ܕܝܢ ܕܡܛܠܬܢ ܗܘܐ ܐܙܠܝܢܢ܀

ܥܢܐ ܡܪܝܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܫܦܝܪ ܐܬܕܡܪܬ ܥܠ ܡܦܩܢܗܘܢ ܕܒܢܝܢܫܐ: ܐܠܐ ܠܐ ܫܦܝܪ ܕܢܬ ܥܠ ܒܝܫܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܛܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܚܛܝܢ: ܘܕܐܡܪܬ ܕܙܕܝܩܐ ܐܬܕܒܪܘ ܘܪܫܝܥܐ ܡܨܠܚܝܢ: ܘܕܐܡܪܬ ܕܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ ܠܕܝܢܟ: ܡܛܠܗܢܐ ܫܡܥ ܘܐܡܪ ܠܟ: ܘܨܘܬ ܘܐܫܡܥܟ ܡܠܝ. ܫܦܝܪ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܝܢܝ ܐܠܘ ܠܐ ܩܒܠ ܢܡܘܣܐ ܘܐܠܘ ܠܐ ܐܪܬܝܬܗ ܒܣܘܟܠܬܢܘܬܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܟܕ ܝܕܥ ܥܒܪ: ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܟܕ ܝܕܥ ܢܬܫܢܩ. ܘܥܠ ܙܕܝܩܐ ܕܐܡܪܬ ܒܥܠܬܗܘܢ ܕܡܛܠܬܗܘܢ ܐܬܐ ܗܢܐ ܥܠܡܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܡܛܠܬܗܘܢ. ܗܢܐ ܓܝܪ ܥܠܡܐ ܐܝܬܘܗܝ

rum autem loquar in conspectu tuo, dominator Domine. [17] Quando non erat mundus olim cum habitatoribus suis, cogitasti et dixisti verbo et statim opera creaturarum steterunt in conspectu tuo; [18] et dixisti, ut faceres mundo tuo hominem administratorem operum tuorum, ut cognosceretur nequaquam ipsum factum fuisse propter mundum, sed mundum propter eum. [19] Et nunc video mundum, qui factus est propter nos, ecce permanere, nos vero, propter quos factus est, abire.

XV. Et respondit Dominus et dixit mihi : Recte obstupefactus es de abitu hominum, sed non recte judicasti de malis, quae contingunt iis, qui peccant; [2] et quod dixisti iustos abreptos esse et impios prosperatos [3] et quod dixisti, hominem non nosse iudicium tuum : [4] propter hoc audi et dicam tibi, et ausculta et audire te faciam verba mea. [5] Bene non novisset homo iudicium meum, nisi accepisset legem et nisi essem hortatus eum in intelligentia. [6] Nunc autem quia sciens transgressus est, et ideo etiam sciens cruciabitur. [7] Et de iustis, quod dixisti propter eos venisse hunc mundum, imo etiam adhuc qui futurus est propter eos erit[a].

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 258 v° *a* et *b*] — ܐ ܐܘ.

[a] *propter eos erit*] post ܡܛܠܬܗܘܢ aliquid excidisse videtur; errat autem Ryssel, qui pro ܐܠܐ legere vult ܐܬܐ.

[8] Mundus iste enim est agon et molestia in labore multo; et ille ergo, qui futurus est, corona in gloria magna.

XVI. Et respondi et dixi : Dominator Domine, ecce anni huius temporis parvi sunt et mali, et quisnam potest hoc modico acquirere illud, cui non est mensura?

XVII. Et respondit Dominus et dixit mihi : Apud Altissimum non computatur tempus multum, neque anni parvi. [2] Quid enim profuit Adae, quod vixerit nongentos et triginta annos? et transgressus est quod iussus fuerat. [3] Non ergo profuit ei multitudo temporis, quo vixit, sed mortem attulit et abscidit annos eorum, qui ab eo geniti fuerant. [4] Aut quidnam detrimenti passus est Moyses, quod vixerit tantum centum et viginti annos et, quia se subiecit ei, qui finxit eum, attulit legem semini Iacob et lucernam illuminavit generi Israel?

XVIII. Et respondi et dixi : Ille qui illuminavit, sumpsit de luce, et pauci sunt, qui imitati sunt eum : [2] Illi vero multi, quos illuminavit, sumpserunt de tenebris Adam, neque delectati sunt luce lucernae.

XIX. Et respondit et dixit mihi : Propter hoc illo tempore statuit eis testamentum et dixit : *Ecce posui ante vos*

ܠܗܘܢ ܐܓܘܢܐ ܘܥܡܠܐ ܒܠܐܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ: ܘܗܘ ܗܟܝܠ ܕܥܬܝܕ ܟܠܝܠܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܪܒܬܐ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܡܪܝܐ ܡܪܝ: ܗܐ ܫܢܝܐ ܕܙܒܢܐ ܙܥܘܪܝܢ ܘܒܝܫܝܢ: ܘܡܢܘ ܡܫܟܚ ܒܙܥܘܪܐ ܗܟܢܐ ܢܩܢܐ ܗܘ ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܫܘܚܬܐ܀

ܘܥܢܐ ܡܪܝܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܠܘܬ ܡܪܝܡܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ: ܐܦ ܠܐ ܫܢܝܐ ܒܨܝܪܘܬܐ. ܡܢܐ ܓܝܪ ܐܘܬܪ ܐܕܡ ܕܚܝܐ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܘܥܒܪ ܥܠ ܡܕܡ ܕܐܬܦܩܕ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܐܘܬܪ ܠܗ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܙܒܢܐ ܕܚܝܐ: ܐܠܐ ܐܝܬܝ ܡܘܬܐ ܘܦܣܩ ܫܢܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܠܕܘ ܡܢܗ. ܐܘ ܡܢܐ ܐܬܚܣܪ ܡܘܫܐ ܕܚܝܐ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܒܠܚܘܕ܀ ܘܡܛܠ ܕܐܫܬܥܒܕ ܠܡܢ ܕܓܒܠܗ: ܐܝܬܝ ܢܡܘܣܐ ܠܙܪܥܗ ܕܝܥܩܘܒ: ܘܐܢܗܪ ܫܪܓܐ ܠܫܪܒܬܗ ܕܐܝܣܪܝܠ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܗܘ ܗܘ ܕܐܢܗܪ ܢܣܒ ܡܢ ܢܘܗܪܐ: ܘܙܥܘܪܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܕܡܝܘ ܠܗ: ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܣܓܝܐܐ ܕܐܢܗܪ ܠܗܘܢ ܢܣܒܘ ܡܢ ܚܫܘܟܗ ܕܐܕܡ ܘܠܐ ܐܬܒܣܡܘ ܒܢܘܗܪܐ ܕܫܪܓܐ܀

ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܩܝܡ ܠܗܘܢ ܕܝܬܩܐ ܘܐܡܪ: ܗܐ ܣܡܬ ܩܕܡܝܟܘܢ ܚܝܐ ܘܡܘܬܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 258 v° *b* et *c*]

ܘܐܣܗܕ ܒܗܘܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ. ܝܕܥ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܙܒܢܗ ܙܥܘܪ ܗܘ. ܫܡܝܐ ܕܝܢ ܘܐܪܥܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܟܠ ܙܒܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܡܘܬܗ ܕܗܘ ܚܛܘ ܘܐܥܒܪܘ: ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܡܟܣܢܐ ܘܢܘܗܪܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܕܢܛܥܐ ܒܗ ܡܕܡ ܐܦ ܡܕܪܐ ܕܣܗܕܝܢ: ܘܐܢܐ ܡܛܠ ܟܠ ܕܐܝܬ ܕܝܢ ܐܢܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ ܬܬܚܫܒ ܒܢܦܫܟ ܥܠ ܗܠܝܢ: ܘܠܐ ܬܬܥܝܩ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܗܘܝ. ܗܫܐ ܫܘܠܡܗ ܗܘ ܓܝܪ ܕܙܒܢܐ ܐܘ ܕܨܒܘܬܐ ܐܘ ܕܡܨܠܚܢܘܬܐ: ܐܘ ܕܨܥܪܐ ܡܬܒܥܐ ܘܠܐ ܫܘܪܝܗ. ܡܛܠ ܕܐܢ ܢܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܡܨܠܚ ܒܫܘܪܝܗ ܘܒܣܝܒܘܬܗ ܢܨܛܥܪ: ܛܥܐ ܠܗ ܠܟܠܗ ܡܨܠܚܢܘܬܐ ܕܗܘܬ ܠܗ. ܘܬܘܒ ܐܢ ܢܗܘܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܡܨܛܥܪ ܒܫܘܪܝܗ ܘܒܚܪܬܗ ܢܗܘܐ ܡܨܠܚ: ܠܐ ܡܬܕܟܪ ܬܘܒ ܨܥܪܗ. ܘܬܘܒ ܫܡܥ ܕܟܠܗ ܙܒܢܐ ܗܢܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܐܬܓܙܪ ܡܘܬܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܝܢ ܒܗ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ: ܐܠܘ ܟܠ ܐܢܫ ܡܨܠܚ ܗܘܐ ܘܒܚܪܬܗ ܡܬܚܒܠ ܗܘܐ: ܠܣܪܝܩܘܬܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܟܠܡܕܡ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܐ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܘܢܬܪܗܒܘܢ ܙܒܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܩܕܡܝܐ:

vitam et mortem[a] et contestatus est in eos caelum et terram. 2 Sciebat enim tempus suum modicum esse, caelum vero et terram semper subsistere. 3 Ipsi autem post mortem eius peccaverunt et praevaricati sunt, scientes se legem habere obiurgantem et lucem, quam nihil fallere poterat, sphaeras quoque testimonium perhibentes et me, 4 qui omnia, quae sunt, iudico. Tu autem[b] noli recogitare in anima tua de istis, neque affligaris de his, quae fuerunt. 5 Nunc enim finis temporis sive negotiorum sive prosperitatis sive ignominiae requiritur et non initium eius. 6 Quia si fuerit homo prosperatus in primordiis suis et in senectute sua probris afficiatur, obliviscitur omnem prosperitatem, quam habuit. 7 Iterumque si fuerit homo probris affectus in primordiis suis, et in extremis suis fuerit prosperatus, non recordatur iterum ignominiam suam. 8 Et iterum audi : toto tempore isto, a die, quo decreta fuit mors contra eos, qui praevaricantur tempore isto[c], si unusquisque prosperatus esset et in fine suo corruptus fuisset, in vanum fuissent omnia.

XX. Propter hoc ecce dies veniunt et festinabunt tempora magis, quam priora

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 258 v° *c* — f° 259 r° *a*] — 17 ܡܨܛܥܪܬ (sic).

[a] Deut. xxx, 19. Cfr. Deut. iv, 26; xxxi, 28. — [b] *et me qui omnia quae sunt iudico. Tu autem...*] Nescio, quo iure traxerit Charles verba *qui omnia...* ad sententiam sequentem; transfert enim : *now regarding every thing that is it is I that judge, but do not...* etc. — [c] *qui praevaricantur tempore isto*] sic et Charles; Ceriani et Ryssel : *qui praetereunt*, quae interpretatio pariter admitti potest.

et current aetates magis, quam illae, quae praeterierunt, et praeteribunt anni celerius quam praesentes. [2] Propterea modo sustuli Sion, ut eo citius visitarem mundum tempore suo. [3] Nunc ergo retine in corde tuo omnia [quae] praecepero tibi, et obsigna ea in penetralibus mentis tuae. [4] Et tunc ostendam tibi iudicium virtutis meae et vias meas investigabiles. [5] Vade igitur et sanctificare septem diebus, neque comedas panem neque bibas vinum neque loquaris cuiquam, et postea veni ad locum istum; et ego apparebo tibi et vera loquar tecum et praecepta tibi dabo de ratione temporum. Venient enim et non tardabunt.

ܘܢܪܗܛܘܢ ܙܒܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܘ: ܘܢܥܒܪܘܢ ܫܢܝܐ ܡܪܗܝܒܐܝܬ: ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܗܫܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܫܐ ܐܪܝܡܬܗ ܠܨܗܝܘܢ. ܕܐܣܪܗܒ ܒܥܓܠܐܝܬ ܘܐܣܥܘܪ ܠܥܠܡܐ ܒܙܒܢܗ. ܗܫܐ ܗܟܝܠ ܐܚܘܕ ܒܠܒܟ ܟܠܡܕܡ ܕܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟ ܘܚܬܘܡ ܐܢܝܢ ܒܬܘܢܐ ܕܡܕܥܟ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܚܘܝܟ ܕܝܢܗ ܕܚܝܠܝ: ܘܐܘܪܚܬܝ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒܢ. ܙܠ ܗܟܝܠ ܘܐܬܩܕܫ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ: ܘܠܐ ܬܐܟܘܠ ܠܚܡܐ ܘܠܐ ܬܫܬܐ ܡܝܐ ܘܠܐ ܬܐܡܪ ܠܐܢܫ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܬܐܬܐ ܠܐܬܪܐ ܗܢܐ ܘܡܬܓܠܐ ܐܢܐ ܠܟ ܘܫܪܝܪܬܐ ܐܡܠܠ ܥܡܟ ܘܐܦܩܕܟ ܥܠ ܕܘܒܪܐ ܕܙܒܢܐ. ܐܬܝܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܘܠܐ ܡܬܥܟܒܝܢ܀

ORATIO BARUCH FILII NERIAE

XXI. Et abii inde et sedi in torrente Cedron in caverna terrae et sanctificavi animam meam ibi et panem non comedi neque esurivi et aquam non bibi, neque sitivi, et fui ibi usque ad diem septimum, ut praeceperat mihi. [2] Et postea veni ad locum, ubi locutus fuerat mecum. [3] Et fuit ad occasum solis, cepit anima mea cogitationem multam; et incepi loqui coram Fortissimo et dixi : [4] O qui fecisti terram, audi me, qui statuisti firmamentum verbo tuo[a] et

ܨܠܘܬܗ ܕܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ

ܘܐܙܠܬ ܡܢ ܬܡܢ ܘܝܬܒܬ ܒܢܚܠܐ ܕܩܕܪܘܢ: ܒܡܥܪܬܐ ܕܐܪܥܐ: ܘܩܕܫܬ ܢܦܫܝ ܬܡܢ: ܘܠܚܡܐ ܠܐ ܐܟܠܬ ܘܠܐ ܟܦܢܬ: ܘܡܝܐ ܠܐ ܐܫܬܝܬ ܘܠܐ ܨܗܝܬ: ܘܗܘܝܬ ܬܡܢ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ: ܐܝܟ ܕܦܩܕܢܝ. ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܬܝܬ ܠܐܬܪܐ ܗܘ ܕܡܠܠ ܥܡܝ ܬܡܢ. ܘܗܘܐ ܒܡܥܪܒܝ ܫܡܫܐ: ܢܣܒܬ ܢܦܫܝ ܚܘܫܒܐ ܣܓܝܐܐ ܘܫܪܝܬ ܕܐܡܠܠ ܩܕܡ ܚܝܠܬܢܐ ܘܐܡܪܬ: ܐܘ ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܪܥܐ: ܫܡܥܝܢܝ: ܗܘ ܕܩܒܥ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 r° *a* et *b*] — 7 ܡܕܥܟ. — *Ib.* ܐܬܝܢ. — 13 ܘܦܘܩܕܢܐ.

[a] *statuisti firmamentum verbo tuo*] recepta emendatione a Ryssel proposita lego ܒܡܠܬܟ pro ܒܡܠܬܗ.

ܘܪܩܝܥܐ ܒܡܠܬܗ: ܘܪܘܡܗܘܢ ܕܫܡܝܐ ܫܪܪ ܒܪܘܚܐ: ܗܘ ܕܩܪܐ ܡܢ ܪܫ ܥܠܡܐ ܠܡܕܡ ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܗܘܐ ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܠܟ. ܐܢܬ ܕܠܐܐܪ ܦܩܕܬ ܒܪܡܙܟ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܢ ܚܙܝܬ ܐܝܟ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪ. ܐܢܬ ܕܠܚܝܠܘܬܐ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܟ ܒܡܚܫܒܬܐ ܪܒܬܐ ܡܕܒܪܬ: ܐܦ ܠܚܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܡܢܝܢ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܕܥܒܕܬ ܡܢ ܥܠܡ ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܘܕܢܘܪܐ: ܗܠܝܢ ܕܩܝܡܢ ܚܕܪ ܟܘܪܣܝܟ ܕܝܠܟ ܒܚܡܬܐ ܡܕܒܪܬ. ܠܟ ܒܠܚܘܕܝܟ ܐܝܬܝܗ ܗܕܐ ܕܬܥܒܕ ܒܫܥܬܗ ܟܠ ܕܬܨܒܐ. ܗܘ ܕܒܡܢܝܢܐ ܛܦܝ ܡܛܪܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܡܚܬ: ܘܫܘܠܡܗܘܢ ܕܙܒܢܐ: ܥܕ ܠܐ ܢܐܬܘܢ: ܐܢܬ ܒܠܚܘܕܝܟ ܝܕܥܬ. ܚܘܪ ܒܒܥܘܬܝ: ܐܢܬ ܓܝܪ ܒܠܚܘܕܝܟ ܡܨܐ ܐܢܬ ܕܬܣܝܒܪ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ: ܠܐܝܠܝܢ ܕܚܛܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܙܕܕܩܝܢ: ܐܝܟ ܚܝܐ ܕܠܐ ܡܬܒܨܐ. ܐܢܬ ܗܘ ܓܝܪ ܒܠܚܘܕܝܟ ܚܝܐ ܕܠܐ ܡܝܘܬ ܘܠܐ ܡܬܒܨܐ. ܘܡܢܝܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܝܕܥܬ. ܘܐܢ ܒܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܚܛܘ: ܘܐܚܪܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܩܠܝܠ ܐܙܕܕܩܘ.

altitudinem caeli firmasti in spiritu, qui vocasti ab initio mundi, quod nondum erat, et obediunt tibi : [5] tu qui aeri praecepisti nutu tuo et, quae futura sunt, vidisti, sicut ea, quae praeterierunt[a] : [6] tu, qui virtutes astantes coram te in cogitatione magna regis et viventia sancta[b], quorum non est numerus, quae fecisti a saeculo flammae et ignis, quae stant in circuitu throni tui in indignatione regis : [7] tibi uni hoc est, ut facias statim quidquid volueris : [8] qui in numero guttas pluviae super terram pluis et finem temporum, antequam veniant, tu solus nosti : intende in deprecationem meam! [9] Tu enim solus potes sustentare omnes, qui sunt et eos, qui praetereunt[c], et eos, qui futuri sunt, eos, qui peccant, et eos, qui iustificantur, sicut vivens investigabilis; [10] tu enim solus es vivens immortalis et investigabilis, et numerum hominum nosti; [11] et si quando multi peccaverint, et an alii non pauci iustificati sint. [12] Tu nosti, ubi serves finem eorum qui peccaverunt, aut exitum eorum, qui iustificati sunt[d]. [13] Si enim

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 r° *b* et *c*] — 1 ܒܫܡܠܝܗ. — 2 ܕܥܒܪ.

[a] *sicut ea, quae praeterierunt*] pro ܥܒܪ lego ܥܒܕ (potius ܥܒܕܝܢ; etenim interpretatio : *sicut ea quae facis* caret sensu). — [b] *viventia sancta*] in textu graeco ζῶα stetisse videtur, quod etiam animalia designare potest (Ez. I, 5). — [c] *qui praetereunt*] Ryssel legit ܕܥܒܪܘ (qui praeterierunt) et deleri vult verba ܐܝܟ ܚܝܐ ܕܠܐ ܡܬܒܨܐ tamquam repetitionem ex errore ortam; sed malui textum codicis retinere, cum nequeat erui, quisnam errorem suppositum commiserit. — [d] Cfr. I Cor. XV, 19.

illa sola existeret vita, quam hic quisque habet, nil hoc acerbius esset. [14] Quid enim prodest virtus, quae in infirmitatem convertitur, aut alimentum saturitatis, quae convertitur in famem, aut pulchritudo, quae deinde fit odibilis? [15] Semper enim natura hominum mutatur. [16] An non, sicut enim eramus[a] ab initio, nunc non sumus, et sicut nunc sumus, postea non permanebimus? [17] Si enim paratum non fuisset, ut esset omnium finis, in vanum esset eorum initium. [18] Sed quodcumque venit a te, indica mihi et de quacumque re rogavero te, illumina me : [19] usquequo quod corrumpitur permaneat et usquequo tempus mortalium prosperetur, et ad quodnam tempus, qui praetereunt in mundo, polluantur improbitate multa? [20] Praecipe ergo in misericordia et perfice quidquid dixisti te adducturum esse, ut innotescat potentia tua illis, qui putant longanimitatem tuam infirmitatem, [21] et ostende illis, qui nesciunt et viderunt[b], quod accidit nobis et urbi

ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܕܐܝܬܝܗ ܡܬܩܝܡܐ ܚܝܐ ܕܐܝܟܢ
ܕܣܡܗ: ܐܘ ܡܫܠܡܢܐ ܕܐܝܟܢ ܕܐܪܙܗܘ.
ܠܟܠ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܗܘܘ ܚܝܐ ܠܟܠܗܘ
ܕܗܪܟܐ ܠܡܠܒܫ: ܠܝܬ ܗܘܐ ܡܕܡ
ܕܡܪܝܪ ܡܢ ܗܢܐ. ܡܢܐ ܓܝܪ ܡܘܬܪܐ ܚܝܠܐ
ܕܗܦܟ ܠܟܪܝܗܘܬܐ: ܐܘ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܣܒܥܐ
ܕܗܦܟ ܠܟܦܢܐ: ܐܘ ܫܘܦܪܐ ܕܗܦܟ
ܡܣܬܢܝܢܘܬܐ. ܒܟܠܙܒܢ ܓܝܪ ܟܝܢܗܘܢ
ܕܒܢܝܢܫܐ ܡܫܬܚܠܦ: ܐܘ ܠܐ ܡܕܡ ܐܝܟ
ܡܐ ܕܐܝܬܝܢ ܗܘܝܢ ܓܝܪ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܗܫܐ ܠܐ
ܐܝܬܝܢ. ܘܐܝܟ ܡܐ ܕܐܝܬܝܢ ܗܫܐ: ܠܒܬܪ
ܟܢ ܠܐ ܡܩܘܝܢܢ. ܐܠܘ ܠܐ ܓܝܪ ܕܠܟܠܢ
ܗܘܐ ܕܬܗܘܐ ܫܘܠܡܐ ܠܟܠ: ܠܣܪܝܩܘܬܐ
ܗܘܐ ܗܘܐ ܫܘܪܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܟܠ ܕܐܬܐ ܡܢ
ܠܘܬܟ ܐܘܕܥܢܝ: ܘܥܠ ܡܕܡ ܕܫܐܠ
ܐܢܐ ܡܢܟ ܬܢܗܪܢܝ. ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܡܕܡ
ܕܡܬܚܒܠ ܡܩܘܐ: ܘܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ
ܙܒܢܗܘܢ ܕܡܝܘܬܐ ܡܬܛܝܒ: ܘܥܕ ܐܡܬܝ
ܙܒܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܝܢ ܒܥܠܡܐ
ܡܬܛܘܫܝܢ ܒܒܝܫܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܦܩܘܕ
ܗܟܝܠ ܒܪܚܡܐ: ܘܫܠܡ ܟܠ ܕܐܡܪܬ
ܕܡܝܬܐ: ܕܬܬܝܕܥ ܚܝܠܟ ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܒܪܝܢ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 r° c]

[a] *Annon sicut enim eramus*] Charles emendat textum legens : ܠܐ ܡܕܡ ܓܝܪ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܝܬܝܢ ܗܫܐ ܗܘܝܢ ܡܢ ܡܢܩܕܡ et interpretatur : *For we have by no means been from the beginning what we now are...* Ryssel : *Denn allezeit verwandelt sich die Natur der Menschen, oder wird zu nichts* iungens ܐܘ ܠܐ ܡܕܡ ad praecedentia; mihi quidem verba ܐܘ ܠܐ ܡܕܡ initium novae sententiae interrogativae inepte translatae videntur; emendatio Charles falsa est; debuisset scribere ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ, nam negatio non ad praedicatum solum refertur; nec liquet quid sibi particula ܐܘ in textu velit; Ryssel vero suam sententiam textui intrudit, nam ܐܘ ܠܐ ܡܕܡ nullibi gentium significat : « oder wird zu nichts ». — [b] *qui nesciunt et viderunt*] Charles et Ryssel emendant ܚܙܘ in ܗܘܘ. Emendatio autem superflua est, verba enim ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ absolute intelligenda sunt; sensus est : ostende his qui carent intelligentia rationem eventuum, quorum ipsi testes oculati erant.

ܕܢܓܝܪܘܬܐ ܪܘܚܟ ܒܚܝܠܘܬܐ ܗܝ: ܡܛܠ ܠܐܡܬܝ ܕܠܐ ܢܒܥܐ ܡܪܘ ܡܛܒܐ ܕܢܬܒܥ ܡܟܫܒܝܚܝܢ ܟܕ ܗܫܐ: ܐܝܟ ܢܓܝܪܘܬܐ ܘܥܡܐ ܕܐܬܓܒܝܬ: ܡܟܝܠ ܕܐܝܬ ܡܢܟ ܟܠ ܡܫܬܡ ܟܝܢܐ ܡܝܘܬܢܐ. ܒܟܠ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܗܫܐ ܒܡܘܬܐ ܡܘܬܐ: ܘܢܬܚܙܐ ܫܘܒܚܟ ܒܡܠܬܗ ܘܡܫܐ ܡܠܐܣܪܐ ܠܡܫܡܫܘ ܡܠܐܟܐ ܪܒܐ ܕܐܬܚܬܡ ܡܠܐܟܐ ܡܫܡܫܐ ܕܡܢ ܗܫܐ ܠܐ ܢܩܒܠ ܡܝܬܐ ܡܢܗܘܢ ܐܘܨܪܐ ܕܢܦܫܬܐ ܕܐܬܟܠܝ ܒܗܘܢ. ܣܓܝܐܢ ܐܝܟ ܫܢܝܐ ܕܚܪܒ ܡܢ ܝܘܡܬܐ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ ܘܕܟܠܗܘܢ ܐܝܟܢ ܕܕܡܝܢ ܠܗܘܢ ܕܒܐܪܥܐ ܕܡܟܝܢ. ܕܡܛܠܬܗܘܢ ܐܡܪܬ ܕܒܪܝܬ ܥܠܡܐ. ܘܗܫܐ ܚܘܝ ܒܥܓܠ ܫܘܒܚܟ: ܘܠܐ ܬܫܘܚܪ ܡܕܡ ܕܡܢܟ ܐܬܡܠܟ. ܘܗܘܐ ܫܠܡܬ ܡܠܝܗ ܕܨܠܘܬܐ ܗܕܐ: ܐܬܡܚܠܬ ܛܒ܀

ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܘܗܐ ܐܬܦܬܚܘ ܫܡܝܐ: ܘܚܙܝܬ ܘܚܝܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܝ ܘܩܠܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܐܫܬܡܥ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܒܪܘܟ ܒܪܘܟ: ܠܡܢܐ ܡܬܕܠܚ ܐܢܬ. ܐܝܢܐ ܗܘ ܕܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ ܠܐ ܡܫܠܡ ܠܗ. ܐܘ ܗܘ ܕܪܕܐ ܒܝܡܐ ܐܠܐ ܡܛܐ ܠܠܡܐܢܐ ܡܫܟܚ ܡܬܒܝܐ. ܐܘ ܗܘ ܕܡܫܬܘܕܐ ܠܚܒܪܗ

nostrae hucusque iuxta longanimitatem potentiae tuae, quia tu vocasti nos propter nomen tuum populum dilectum. [22]Omnis[a] ergo ex hoc natura mortalis. [23]Et increpa itaque angelum mortis et appareat gloria tua et innotescat magnitudo decoris tui et obsignetur infernus, ne ex hoc nunc accipiat mortuos, et reddant promptuaria animarum eas, quae in eis inclusae sunt. [24]Multi enim sunt anni similes iis, qui desolati fuerunt a diebus Abraham et Isaac et Iacob et eorum omnium qui similes sunt eis, qui in terra dormiunt, propter quos dixisti, te creasse mundum. [25]Et nunc ostende cito gloriam tuam, neque differas quod a te promissum fuit. [26]Et fuit; complevi[c] verba orationis huius; debilitatus sum valde.

XXII. Et fuit post haec et ecce aperti sunt caeli et vidi et virtus data est mihi et vox de excelsis audita est et dixit mihi : [2]Baruch, Baruch, cur commoveris? [3]Qui vadit in via, non complet eam? Aut qui iter facit in mari, nisi perveniat in portum, potestne consolari? [4]Aut qui promittit alicui se daturum ei

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 r° c — f° 259 v° a] — ܐܬܒܝ.

[a] *omnis*) Ryssel haud immerito putat ܟܠ falsum esse et legit ܟܐ *reprime ergo ab hac natura mortali* et addit ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ *immortalitatem;* certum quidem est in ܟܠ aliquem imperativum latere, sed incertum est utrum verbum ܟܐ an aliud quid, forsitan ܣܟ, pro ܟܠ substituendum sit. Admisso ܣܟ additamentum ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ superfluum fit, nam ܣܟ ut ܐܫܠܝ etiam cum ܡܢ personae construi potest. — [c] *Et fuit; complevi*] Ryssel legit ܐܫܠܡܬ ܕܡ; sed forsitan sufficit legere ܘܐܫܠܡܬ. — [b] Cfr. Ezech. I, 1.

donum, nisi tradiderit illud, nonne fraudatio est? [5] Aut qui seminat terram, nisi tempore suo metat fructus eius, nonne omnia perdit? [6] Aut qui plantat plantationem, nisi creverit usque ad tempus conveniens, numquid expectat, qui eam plantavit, ut accipiat ab ea fructus? [7] Aut mulier, quae concepit, si pariat immature, nonne occidens occidit infantem suum? [8] Aut qui aedificat domum, nisi tecto cooperiat et compleat eam, numquid potest vocari domus[a]? Dic mihi primum ista!

XXIII. Et respondi et dixi: Non, dominator Domine. [2] Et respondit et dixit mihi: Cur igitur commoveris ob id quod non nosti, et cur turbaris de iis, de quibus persuasus non es? [3] Quemadmodum enim non sum oblitus homines qui nunc sunt, et eos qui praeterierunt: sic recordor ego eos, qui venturi sunt[b]. [4] Quia quando peccavit Adam et decreta fuit mors contra eos qui gignerentur, tunc numerata est multitudo eorum, qui gignerentur, et numero illi praeparatus fuit locus, ubi habitarent viventes et ubi custodirentur mortui. [5] Nisi ergo compleatur numerus prae-

ܕܢܬܠ ܠܗ ܡܘܗܒܬܐ ܐܠܐ ܡܫܠܡ ܠܗ ܠܐ ܗܘܐ ܒܢܟܝܠܘܬܐ ܐܬܚܫܒ܂ ܐܘ ܗܘ ܕܙܪܥ ܐܪܥܐ ܐܠܐ ܒܙܒܢܗ ܢܚܨܘܕ ܦܐܪ̈ܘܗܝ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܘܒܕ ܠܗ ܠܟܠܗ܂ ܐܘ ܗܘ ܕܢܨܒ ܢܨܒܬܐ: ܐܠܐ ܬܪܒܐ ܕܡܛܐ ܠܙܒܢܐ ܕܙܕܩ ܠܗ: ܣܟܐ ܡܣܟܐ ܗܘ ܕܢܨܒܗ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܦܐܪ̈ܐ܂ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܕܒܛܢܬ ܐܢ ܬܐܠܕ ܕܠܐ ܒܙܒܢܗ ܠܐ ܡܩܛܠ ܩܛܠܐ ܠܗ ܠܥܘܠܗ܂ ܐܘ ܗܘ ܕܒܢܐ ܒܝܬܐ ܐܠܐ ܢܛܠܠܝܗ ܘܢܫܟܠܠܝܗ ܠܒܝܬܐ ܡܫܟܚ ܕܢܬܩܪܐ ܒܝܬܐ܂ ܐܡܪ ܠܝ ܠܘܩܕܡ ܗܠܝܢ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܠܐ: ܡܪܝܐ ܡܪܝ. ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܡܬܕܠܚ ܐܢܬ ܥܠ ܡܕܡ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܬܗܪܗܪ ܐܢܬ ܥܠ ܡܕܡ ܕܠܐ ܡܦܣ ܐܢܬ܂ ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܛܥܝܬ ܠܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܘ: ܗܟܢܐ ܥܗܕ ܐܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥ[ܬ]ܝܕܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܚܛܐ ܐܕܡ ܘܐܬܓܙܪ ܡܘܬܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܝܠܕܝܢ: ܗܝܕܝܢ ܐܬܡܢܝ ܣܓܝܐܘܬܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܬܝܠܕܝܢ. ܘܠܗ ܠܡܢܝܢܐ ܗܘ ܐܬܛܝܒ ܐܬܪܐ ܐܝܟܐ ܕܢܥܡܪܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܘܐܝܟܐ ܕܢܬܢܛܪܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܝܬܝܢ. ܐܠܐ ܗܟܝܠ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 v° *a* et *b*] — 4 cod. ܠܗ ܠܟܠܗ. — 19 ܕܥܝܕܝܢ.

[a] *numquid potest vocari domus*] Ryssel pro ܠܒܝܬܐ legit ܕܠܒܝܬܐ emendatio superflua est; vide Nöldeke *op. cit.*, § 373. — [b] *qui venturi sunt*] cum Charles et Ryssel legens ܕܥܬܝܕܝܢ pro ܕܥܝܕܝܢ; an ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ pariter corruptum sit ex ܕܐܬܝܢ, non audeo discutere.

ܡܬܡܠܐ ܡܢܝܢܐ ܕܩܒܝܥ܇ ܐܡܪ ܠܐ ܚܝܐ ܒܪܝܬܐ. ܪܘܚܝ ܓܝܪ ܒܪܝܐ ܚܝܐ: ܘܫܝܘܠ ܡܩܒܠܐ ܡܝܬܐ. ܘܬܘܒ ܐܝܬ ܠܟ ܕܬܫܡܥ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܕܢܐܬܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܙܒܢܐ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܓܝܪ ܩܪܝܒ ܗܘ ܦܘܪܩܢܝ ܕܢܐܬܐ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܪܚܝܩ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ܀

ܗܐ ܓܝܪ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܘܡܬܦܬܚܝܢ ܣܦܪܐ: ܐܝܠܝܢ ܕܟܬܝܒܝܢ ܒܗܘܢ ܚܛܗܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܛܘ: ܘܬܘܒ ܐܦ ܐܘܨܪܐ ܐܝܠܝܢ ܕܙܕܝܩܘܬܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܙܕܕܩܘ ܒܒܪܝܬܐ ܐܬܟܢܫܬ. ܘܢܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܬܚܙܐ ܐܢܬ ܘܣܓܝܐܐ ܕܥܡܟ ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܡܐ. ܗܝ ܕܒܟܠܗ ܕܪ ܘܕܪ ܕܡܓܝܪ ܗܘܐ ܪܘܚܗ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܝܠܝܕܝ ܐܢܫܐ ܕܚܛܝܢ ܘܡܙܕܕܩܝܢ. ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܐܠܐ ܗܐ ܡܪܝܐ ܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ ܡܢܝܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܒܪܢ ܘܐܦ ܠܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܢ. ܗܐ ܓܝܪ ܐܦ ܐܢܐ ܡܕܡ ܕܓܕܫ ܠܢ ܝܕܥ ܐܢܐ: ܡܕܡ ܕܝܢ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܠܒܥܠܕܒܒܝܢ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܘܐܡܬܝ ܦܩܕ ܠܥܒܕܝܟ܀

ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܐܦ ܐܢܬ ܡܬܢܛܪ ܠܡܛܪ ܠܗܘ ܙܒܢܐ ܠܐܬܐ ܗܝ ܕܥܬܝܕ ܡܪܝܡܐ ܕܢܥܒܕ ܠܥܡܘܪܘܗ ܕܐܪܥܐ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ. ܗܕܐ ܗܟܝܠ ܐܬܐ ܢܗܘܐ ܡܐ

dictus, non vivet creatura; spiritus enim meus creat vitam et infernus excipit mortuos. [6] Et iterum tuum est audire, quod futurum est, ut veniat post tempora ista. [7] Vere enim prope est redemptio mea, ut veniat, neque longe est, sicut olim[a].

XXIV. Ecce enim dies veniunt et aperientur libri[b], in quibus scripta sunt peccata omnium, qui peccaverunt, et iterum etiam thesauri, in quibus iustitia eorum, qui iustificati sunt in creatura, collecta est. [2] Erit autem illo tempore, videbis tu et multi, qui tecum sunt, longanimitatem Excelsi, quae fuit in omni generatione et generatione; qui longanimis erat in omnes natos, qui peccabant et iustificabantur. [3] Et respondi et dixi : Sed ecce Domine, nemo novit numerum rerum, quae transierunt, neque earum, quae futurae sunt. [4] Ecce enim ego quoque quod accidit nobis[c], scio; quod autem futurum est, ut sit inimicis nostris, nescio et quando visitaturus sis opera tua.

XXV. Et respondit et dixit mihi : Tu quoque reservaberis usque ad illud tempus in signum hoc, quod Altissimus facturus est habitatoribus terrae in extremo dierum. [2] Hoc ergo erit signum,

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 v° b et c]

[a] Cfr. Luc. XXI, 28. Henoch *Aeth.* LI, 2. — [b] Cfr. Dan. VII, 10. Henoch Aeth. XC, 20. IV Ezdrae VI, 20. — [c] *quod accidit nobis*] cum Charles et Ryssel correxi ܕܓܕܫ ex ܕܓܕܫܢ.

[3] quando apprehendet stupor habitatores terrae et incident in tribulationes magnas et incident in tormenta magna. [4] Et erit, cum dicent in cogitationibus suis prae tribulatione sua multa : Non recordatur ultra Fortis terrae; et erit, cum desperabunt, tunc evigilabit tempus.

XXVI. Et respondi et dixi : Num per tempus multum permanebit tribulatio, quae erit, annosne multos comprehendet necessitas illa?

XXVII. Et respondit et dixit mihi : In duodecim partes divisum est tempus illud et unaquaeque reservatur illi, quod constitutum est ei[a].

[2] In prima parte initium erit perturbationum.

[3] Et in parte secunda occisiones procerum.

[4] Et in parte tertia casus multorum in mortem[b].

[5] Et in parte quarta emissio gladii.

[6] Et in parte quinta fames et retentio pluviae.

[7] Et in parte sexta terraemotus et scissurae[c].

[9] Et in parte octava[d] multitudo phantasmatum et occursus daemonum.

ܐܡܬܝ ܕܐܚܕܐ ܬܗܪܐ ܠܥܡܘܪܘܗ̈ܝ ܕܐܪܥܐ: ܘܢܦܠܘܢ ܒܐܘܠܨܢ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܘܢܦܠܘܢ ܒܛܘܪ̈ܢܣܐ ܪ̈ܘܪܒܐ. ܘܢܗܘܐ ܟܕ ܢܐܡܪܘܢ ܒܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ ܡܢ ܐܘܠܨܢܗܘܢ ܣܓܝܐܐ: ܠܐ ܡܬܕܟܪ ܬܘܒ ܚܝܠܬܢܐ ܕܐܪܥܐ: ܘܢܗܘܐ ܟܕ ܢܩܛܥܘܢ ܣܒܪܐ: ܗܝܕܝܢ ܢܬܬܥܝܪ ܙܒܢܐ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܙܒܢܐ ܟܕ ܣܓܝܐܐ ܡܩܘܐ ܐܘܠܨܢܐ ܗܘ ܕܗܘܐ. ܫܢܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܚܕܐ ܐܢܢܩܐ ܗܝ܀

ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܠܬܪܬܥܣܪܐ ܡ̈ܢܘܢ ܐܬܦܠܓ ܙܒܢܐ ܗܘ: ܘܟܠ ܚܕܐ ܡܢܛܪܐ ܡܢܬܗ ܠܡܕܡ ܕܣܝܡ ܠܗ܀

ܒܡܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ: ܫܘܪܝܐ ܕܫܓܘ̈ܫܝܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܬܪܬܝܢ: ܩܛܠܐ ܕܪ̈ܘܪܒܢܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܬܠܬ: ܡܦܘܠܬܐ ܕܣܓܝ̈ܐܐ ܠܡܘܬܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܐܪܒܥ: ܫܘܕܪܐ ܕܣܝܦܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܚܡܫ: ܟܦܢܐ ܘܟܠܝܢܐ ܕܡܛܪܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܫܬ: ܙܘܥܐ ܘܦܘܬܩ̈ܐ܀

ܘܒܡܢܬܐ ܕܬܡܢܐ: ܣܘܓܐܐ ܕܦܢܛܣ̈ܝܐ ܘܦܓܥ̈ܐ ܕܫܐ̈ܕܐ܀

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 v° c] — 3 ܛܘܪܢܣܐ. — 11 ܠܬܪܬܥܣܪܐ. — 16 ܕܫܓܘܫܝܐ.

[a] Cfr. L. Iubil. XXIII, 13. IV Ezdrae V, 1-12; VI, 14-18, 20-24. Orac. Sibyllina III, 796-807. — [b] Cfr. Ier. XXVI, 16. — [c] *scissurae*] recte Ryssel hanc proponit translationem. — [d] Pars septima in textu syriaco deest.

ܡܢܬܐ ܕܬܫܥ: ܢܦܠܐ ܕܢܘܪܐ܀ ܡܢܬܐ ܕܥܣܪ: ܚܛܘܦܝܐ ܘܐܠܘܨܝܐ ܣܓܝܐܐ܀ ܡܢܬܐ ܕܚܕܥܣܪܐ: ܥܘܠܐ ܘܙܢܝܘܬܐ܀ ܘܡܢܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪܐ: ܒܘܠܒܠܐ ܕܚܘܠܛܢܐ ܕܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܐܡܪ ܩܕܡ܀

ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢܘܬܗ ܕܗܘ ܙܒܢܐ ܢܛܝܪܢ ܘܢܗܘܝܢ ܡܚܠܛܢ ܚܕܐ ܥܡ ܚܕܐ ܘܡܫܡܫܢ܀

ܡܢܗܝܢ ܓܝܪ ܡܫܒܩܢ ܡܢ ܕܝܠܗܝܢ ܘܡܢ ܕܐܚܪܢܝܬܐ ܢܣܒܢ ܡܢ ܕܝܠܗܝܢ ܘܕܐܚܪܢܝܬܐ ܡܫܡܠܝܢ ܐܝܟ ܕܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܗܘܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܕܫܘܠܡܐ ܗܘ ܕܙܒܢܐ܀

ܒܪܡ ܕܝܢ ܟܠ ܕܢܣܬܟܠ ܗܝܕܝܢ ܢܚܟܡ. ܡܫܘܚܬܗ ܓܝܪ ܘܡܢܝܢܗ ܕܗܘ ܙܒܢܐ ܗܘܝܢ ܬܪܬܝܢ ܡܢܘܢ ܫܒܘܥܐ ܕܫܒܥܐ ܫܒܘܥܝܢ. ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܛܒ ܗܘ ܕܢܡܛܐ ܒܪܢܫܐ ܘܢܚܙܐ: ܘܝܬܝܪ ܕܝܢ ܕܠܐ ܢܡܛܐ ܕܠܐ ܢܦܠ. ܐܠܐ ܐܡܪ ܐܦ ܗܕܐ: ܕܠܡܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ ܡܫܬܐܛ ܠܡܕܡ ܕܡܬܚܒܠܝܢ ܘܠܡܐ ܕܓܕܫ ܠܡܕܡ ܕܡܬܚܒܠܝܢ: ܕܒܠܚܘܕ ܠܡܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܝܢ ܢܚܘܪ. ܐܠܐ ܐܢ ܡܪܝ ܫܪܝܪܐܝܬ ܥܬܝܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܠܝ

[10] Et in parte nona casus ignis.

[11] Et in parte decima rapina et oppressio multa.

[12] Et in parte undecima iniquitas et libido.

[13] Et in parte duodecima confusio permixtionis omnium quae ante dicta sunt.

[14] Hae autem partes illius temporis reservantur[a] et erunt commixtae una cum alia et sibi invicem ministrabunt.

[15] Quaedam enim earum ex se ipsis relinquent[b] et ex suis aliisque tollent et quaedam sua aliorumque perficient, ita ut non intelligant illi, qui erunt super terram illis diebus, finem adesse temporum.

XXVIII. Verumtamen omnis, qui attenderit, tunc sapiens erit. [2] Mensura autem et supputatio temporis illius erunt duae partes : hebdomades septem hebdomadarum. [3] Et respondi et dixi : Bonum est hominem pervenire et videre, melius autem isto non pervenire, ne cadat. [4] Sed dicam etiam istud : [5] Contemnetne incorruptibilis corruptibilia et id quod accididit corruptibilibus [rebus] ut sola incorruptibilia consideret? [6] Si autem, Domine, vere futurum

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 259 v° *c* — f° 260 r° *a*] — 4 ܕܐܣܬܝܡ. — 5 ܕܬܪܬܥܣܪܐ. — 14 ܕܢܗܘܘܢ. — 26 ܐܝܬ.

[a] *reservantur*] Ryssel ܕܢܗܘܝܢ legendum esse proponit. Num recte, nequit statui. — [b] *ex se ipsis relinquent*] Ceriani : *ex semetipsis etiam proficient*... sed interpretatio Ryssel, quam adoptavi, praeferenda est. — Charles : *For some will of themselves be of service*, quod tamen textui syriaco non congruit. —

est, ut veniant, quae praedixisti mihi, siquidem inveni gratiam in oculis tuis, indica mihi etiam istud : utrum in uno loco aut in una ex partibus terrae futura sint ista, an tota terra perceptura sit?

XXIX. Et respondit et dixit mihi : Totius erit terrae, quod eveniet tunc. [2] Propterea omnes, qui vivent, sentient. Illo autem tempore protegam tantum eos, qui reperientur illis diebus in terra ista. [3] Et erit, postquam completum fuerit, quod futurum est, ut sit in illis partibus, tunc incipiet revelari Messias. [4] Et revelabitur Behemoth ex loco suo et Leviathan ascendet de mari, duo cete magna, quae creavi die quinto creationis[a] et reservavi ea usque ad illud tempus; et tunc erunt in escam omnibus, qui residui fuerint[b]. [5] Etiam terra dabit fructus suos unum in decem millia; et in vite una erunt mille palmites et unus palmes faciet mille botros et botrus unus faciet mille acinos et unus acinus faciet corum vini[c]. [6] Et qui esurierunt, iucundabuntur, et iterum

ܕܢܐܬܝܢ ܐܡܪܬ ܠܝ: ܐܢ ܗܘ ܐܫܟܚܬ ܪܚܡܐ ܒܥܝܢܝܟ: ܐܘܕܥܢܝ ܐܦ ܗܕܐ: ܐܢ ܗܘ ܕܒܚܕ ܐܬܪܐ ܐܘ ܒܚܕܐ ܡܢ ܡܢܘܬܗ ܕܐܪܥܐ ܥܬܝܕܢ ܕܢܗܘܝܢ ܗܠܝܢ ܐܘ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܡܪܓܫܐ܀

ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܕܟܠܗ ܗܝ ܐܪܥܐ ܡܕܡ ܕܢܗܘܐ ܗܝܕܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܢܪܓܫܘܢ. ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܡܓܢ ܐܢܐ ܒܠܚܘܕ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܒܗܕܐ ܐܪܥܐ. ܘܢܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܢܫܠܡ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܒܗܠܝܢ ܡܢܘܬܐ: ܗܝܕܝܢ ܢܫܪܐ ܕܢܬܓܠܐ ܡܫܝܚܐ. ܘܢܬܓܠܐ ܒܗܡܘܬ ܡܢ ܐܬܪܗ ܘܠܘܝܬܢ ܢܣܩ ܡܢ ܝܡܐ: ܬܪܝܗܘܢ ܬܢܝܢܐ ܪܘܪܒܐ ܗܠܝܢ ܕܒܪܝܬ ܒܝܘܡܐ ܚܡܝܫܝܐ ܕܒܪܝܬܐ: ܘܢܛܪܬ ܐܢܘܢ ܥܕܡܐ ܠܗܘ ܙܒܢܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܢܗܘܘܢ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ. ܐܦ ܐܪܥܐ ܬܬܠ ܦܐܪܝܗ ܚܕ ܒܪܒܘ: ܘܒܓܦܬܐ ܚܕܐ ܢܗܘܘܢ ܒܗ ܐܠܦ ܫܒܫܠܝܢ: ܘܚܕܐ ܫܒܫܠܬܐ ܬܥܒܕ ܐܠܦ ܣܓܘܠܝܢ: ܘܚܕ ܣܓܘܠܐ ܢܥܒܕ ܐܠܦ ܥܢܒܝܢ: ܘܚܕܐ ܥܢܒܬܐ ܬܥܒܕ ܟܘܪܐ ܕܚܡܪܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܟܦܢܘ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 r° *a* et *b*] — 15 ܒܪܝܬܐ. — 16 ܕܒܪܝܬ.

[a] Dan. XII, 10. — « *creationis*] legens ܕܒܪܝܬܐ (Ceriani, Ryssel) pro ܕܒܪܝܬ Codicis. — [b] Cfr. IV Ezdrae VI, 49-52. — [c] Similem refert traditionem a « presbyteris » qui « Ioannem discipulum Dñi viderunt » acceptam S. Irenaeus (*Adv. Haer.* V, 33.3.) : *Venient dies, in quibus vineae nascentur, singulae decem millia palmitum habentes, et in uno palmite dena millia brachiorum et in uno vero palmite dena millia flagellorum et in unoquoque flagello dena millia botruum et in unoquoque botro dena millia acinorum et unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini.* Armeniaca versio fragmenti edita est in *Spicilegio Solesmensi* I. p. 1, a Card. Pitra. Cfr. Harvey ed. *Opp. S. Irenaei*, t. II, p. 448 sq.

ܢܬܒܣܡܘܢ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܢܚܙܘܢ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܒܟܠ ܝܘܡ. ܪ̈ܘܚܐ ܓܝܪ ܢܦܩܢ ܡܢ ܩܕܡܝ ܠܡܝܬܝܘ ܒܟܠ ܨܦܪ ܨܦܪ ܪ̈ܝܚܐ ܕܦܐܪ̈ܐ ܕܒܣ̈ܡܢܐ: ܘܒܫܘܠܡܗ ܕܝܘܡܐ ܥܢ̈ܢܐ ܕܢܛܦܢ ܛܠܐ ܕܐܣܝܘܬܐ. ܘܢܗܘܐ ܒܗ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܢܚܬ ܬܘܒ ܡܢ ܠܥܠ ܐܘܨܪܐ ܕܡܢܢܐ ܘܢܐܟܠܘܢ ܡܢܗ ܒܗܠܝܢ ܫܢ̈ܝܐ: ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܕܡܛܘ ܠܫܘܠܡܗ ܕܙܒܢܐ܀

ܘܢܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܐܡܬܝ ܕܢܬܡܠܐ ܙܒܢܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܢܗܦܘܟ ܒܫܘܒܚܐ: ܗܝܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܘ ܒܣܒܪܗ ܢܩܘܡܘܢ. ܘܢܗܘܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܢܬܦܬܚܘܢ ܐܘܨܪ̈ܐ ܗܢܘܢ ܕܒܗܘܢ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܢܝܢܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܘܢܦܩܢ ܘܢܬܚܙܐ ܣܘܓܐܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܐܟܚܕܐ ܒܚܕ ܩܢܛܐ ܕܚܕܐ ܬܪܥܝܬܐ. ܘܢܚܕܘܢ ܩ̈ܕܡܝܬܐ: ܘܐܚܪ̈ܝܬܐ ܠܐ ܢܬܥܝܩܢ. ܝܕܥ ܓܝܪ ܕܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܐܡܝܪ ܕܫܘܠܡܐ ܕܙܒܢ̈ܐ. ܢܦܫܬܗܘܢ ܕܝܢ ܕܪ̈ܫܝܥܐ: ܟܕ ܢܚܙ̈ܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ: ܗܝܕܝܢ ܢܬܬܪܦܢ ܝܬܝܪ: ܝܕܥܢ ܓܝܪ ܕܡܛܐ ܬܫܢܝܩܗܘܢ ܘܐܬܐ ܐܒܕܢܗܘܢ܀

ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܐܙܠܬ ܐܢܐ

autem videbunt prodigia quotidie. 7 Spiritus enim egredientur e conspectu meo ad afferendum quovis mane odorem fructuum aromatum et in fine diei nubes stillantes rorem sanitatis. 8 Et erit illo tempore, descendet iterum desuper thesaurus manna et comedent ex eo illis annis, quoniam ipsi sunt, qui pervenerunt ad finem temporis.

XXX. Et erit post haec, cum implebitur tempus adventus Messiae et redibit in gloria, tunc omnes, qui dormierunt in spe eius, resurgent. 2 Et erit illo tempore, aperientur promptuaria[a], in quibus custoditus erat numerus animarum iustorum, et exibunt et apparebit multitudo animarum simul in uno coetu unanimi et gaudebunt priores et ultimae non contristabuntur. 3 Sciunt enim[b] venisse tempus, de quo dictum fuit esse finem temporum. 4 Animae autem impiorum, cum videbunt omnia ista, tunc magis tabescent. 5 Sciunt enim venisse supplicium suum et advenisse perditionem suam.

XXXI. Et fuit post haec, perrexi ego

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 r° b] — 16 ܣܘܓܐܗܘܢ.

[a] Cfr. *Haggiga* fol. 12[b], ubi iuxta R. Lewi septem firmamenta (רקיעין) existere dicitur. Ultimum autem, ערבות dictum, continet *ius et iudicium et iustitiam et thesauros vitae et thesauros pacis et thesauros benedictionis et animas iustorum et spiritus, qui creandi sunt.* צדק ומשפט וצדקה וגנזי חיים וגנזי שלום וגנזי ברכה ונשמתן של צדיקים ורוחות ונשמות שעתידות להבראות. Idem locus aliquando iuxta I Sam. xxv, 29. צרור חיים appellatur *marsupium*, seu ut interpretatur Vulgata: *fasciculus vitae*. — [b] *sciunt enim*] ܝܕܥ non est 3. p. masc. sing. sed referri debet ad ܢܦ̈ܫܬܐ (pro ܝܕ̈ܥܢ ut iuxta regulas grammaticae scribendum esset).

ad populum et dixi eis : Congregate mihi omnes seniores vestros et loquar vobis verba. [2] Et congregati sunt omnes in valle Cedron. [3] Et respondi et dixi eis : Audi Israel et loquar tibi; et tu, semen Iacob, ausculta, et erudiam te. [4] Ne obliviscamini Sion, sed memores estote angustiarum Ierusalem. [5] Ecce enim dies veniunt et tolletur in corruptionem omne, quod fuit, et erit, tamquam non fuerit.

XXXII. Vos autem, si praeparaveritis corda vestra, ut seminetis in eis fructus legis, proteget vos illo tempore, quo futurum est, ut Fortis concutiat omnem creaturam. [2][Quia post modicum tempus concutietur aedificatio Sion, ut aedificetur iterum. [3] Verum non permanebit ipsa illa aedificatio; sed iterum post tempus eradicabitur et permanebit desolata usque ad tempus. [4] Et postea oportet renovari in gloria et perficietur in perpetuum.] [5] Non ergo debemus contristari tantopere de malo, quod supervenit nunc, sicut de illo, quod futurum est. [6] Duabus autem tribulationibus maior erit agon, quando futurum est, ut Fortis innovet creaturam suam. [7] Et nunc ne appropinquetis ad me usque ad paucos dies, neque visi-

ܠܘܬ ܥܡܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ: ܟܢܫܘ ܠܝ ܟܠܗܘܢ ܩܫܝܫܝܟܘܢ ܘܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ ܡܠܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢܚܠܐ ܕܩܕܪܘܢ. ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ: ܫܡܥ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܠܠ ܥܡܟ: ܘܐܢܬ ܙܪܥܗ ܕܝܥܩܘܒ ܨܘܬ ܘܐܠܦܟ. ܠܐ ܬܛܥܘܢ ܠܨܗܝܘܢ ܐܠܐ ܥܗܕܘ ܠܐܘܠܨܢܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܗܐ ܓܝܪ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܘܡܫܬܩܠ ܠܚܒܠܐ ܟܠܡܕܡ ܕܗܘܐ: ܘܢܗܘܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܐ܀

ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ: ܐܢ ܡܛܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܘܬܟܘܢ ܕܬܙܪܥܘܢ ܒܗܘܢ ܦܐܪܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ: ܡܓܢ ܥܠܝܟܘܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܥܬܝܕ ܚܝܠܬܢܐ ܕܢܙܝܥ ܠܟܠܗ ܒܪܝܬܐ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܢܬܬܙܝܥ ܒܢܝܢܗ ܕܨܗܝܘܢ ܕܢܬܒܢܐ ܬܘܒ: ܐܠܐ ܠܐ ܡܩܘܐ ܗܘ ܗܘ ܒܢܝܢܐ. ܐܠܐ ܬܘܒ ܡܢ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܡܬܥܩܪ: ܘܡܩܘܐ ܟܕ ܚܪܒܐ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ. ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܘܠܐ ܠܡܬܚܕܬܘ ܒܫܘܒܚܐ ܘܡܫܬܟܠܠܐ ܠܥܠܡ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܡܬܥܩܢܐ ܠܢ ܕܢܬܥܝܩ ܗܟܢܐ ܥܠ ܒܝܫܬܐ ܕܐܬܬ ܗܫܐ ܐܝܟ ܕܥܠ ܗܝ ܕܥܬܝܕܐ. ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܓܝܪ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒ ܗܘ ܐܓܘܢܐ: ܐܡܬܝ ܕܥܬܝܕ ܚܝܠܬܢܐ ܕܢܚܕܬ ܒܪܝܬܗ. ܘܗܫܐ ܠܐ ܬܬܩܪܒܘܢ ܠܝ ܥܕܡܐ ܠܩܠܝܠ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 r° *b* et *c*] — **21** ܕܢܬܥܩ.

[a] XXXII, 2-4. Verba uncinis inclusa interpolata esse videntur, perturbant contextum nec ad eum pertinent. (Charles.) — [b] *non ergo debemus contristari*] legens cum Bensley, Ceriani, Charles Ryssel ܕܢܬܥܝܩܘܢ pro ܕܢܬܥܩ.

ܬܫܒܩܘܢܢܝ: ܘܠܐ ܐܬܡܫܟܢܘܢܝ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܐܡܪܬ ܠܗܘܢ ܟܠܗܝܢ ܡܠܐ ܗܠܝܢ: ܐܙܠܬ ܠܝ ܐܢܐ ܒܪܘܟ ܠܐܘܪܚܝ. ܘܟܕ ܚܙܢܝ ܥܡܐ ܕܐܙܠ ܐܢܐ: ܐܪܝܡܘ ܩܠܗܘܢ ܘܐܠܠܘ ܘܐܡܪܘ: ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܐܢܬ ܠܟ ܡܢܢ ܒܪܘܟ: ܘܫܒܩܬ ܠܢ ܐܝܟ ܐܒܐ ܕܫܒܩ ܒܢܘܗܝ ܝܬܡܐ ܘܐܙܠ ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ܀

ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܦܩܕ ܠܟ ܐܪܡܝܐ ܚܒܪܟ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ ܠܟ: ܚܙܝ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܥܕ ܐܙܠ ܐܢܐ ܘܐܫܪܪ ܫܪܟܐ ܕܐܚܝܢ ܒܒܒܠ: ܗܠܝܢ ܕܢܦܩ ܥܠܝܗܘܢ ܓܙܪ ܕܝܢܐ ܕܢܫܬܒܘܢ. ܘܗܫܐ ܐܢ ܐܦ ܐܢܬ ܫܒܩܬ ܠܢ: ܛܒ ܗܘܐ ܠܢ ܕܢܡܘܬ ܟܠܢ ܩܕܡ ܘܗܝܕܝܢ ܬܬܪܚܩ ܡܢܢ܀

ܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܠܥܡܐ: ܚܣ ܠܝ ܕܐܫܒܘܩܟܘܢ ܐܘ ܕܐܬܪܚܩ ܡܢܟܘܢ: ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܐܙܠ ܥܕܡܐ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫ ܩܘܕܫܐ ܕܐܒܥܐ ܡܢ ܚܝܠܬܢܐ ܥܠܝܟܘܢ ܘܥܠ ܨܗܝܘܢ: ܕܠܡܐ ܐܬܢܗܪ ܡܕܡ ܝܬܝܪ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܗܦܘܟ ܐܢܐ ܠܘܬܟܘܢ܀

ܘܐܙܠܬ ܐܢܐ ܒܪܘܟ ܥܕܡܐ ܠܐܬܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܝܬܒܬ ܥܠ ܚܪܒܘܬܗ ܘܒܟܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܐܘ ܥܝܢܝ ܗܘܝ ܡܒܘܥܐ: ܘܥܦܥܦܐ ܕܥܝܢܝ ܡܒܘܥܐ ܕܕܡܥܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܐܬܐܢܚ

tetis me donec veniam ad vos. [8] Et factum est, cum locutus fuissem ad eos omnia verba haec, abii ego Baruch in viam meam; cumque vidisset me populus proficiscentem, extulerunt vocem suam et eiulaverunt et dixerunt: [9] Quo proficisceris a nobis Baruch et relinquis nos sicut pater, qui relinquit filios suos orphanos et discedit ab eis?

XXXIII. Haeccine sunt mandata quae mandavit tibi socius tuus Ieremias propheta, et dixit tibi: [2] Prospice populo isti dum eam et confirmem reliquos fratres in Babylone, contra quos exiit sententia, ut in captivitatem ducerentur. [3] Et nunc si tu quoque reliqueris nos, melius est nobis, ut moriamur cuncti prius, et tunc elongeris a nobis.

XXXIV. Et respondi et dixi populo: Absit a me, ut relinquam vos, aut elonger a vobis, sed tantum ibo usque ad Sancta Sanctorum, ut petam a Forti pro vobis et pro Sion, si forte illuminer aliquid magis; et postea revertar ad vos.

XXXV. Et ivi ego Baruch usque ad locum sanctum et sedi super ruinas eius et flevi et dixi [a]: [2] O oculi mei estote scatebrae et palpebrae oculorum meorum fons lacrimarum. [3] Quomodo enim inge-

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 r° *c* — f° 260 v° *a*] — 24 ܚܪܒܘܬܗ.

[a] Cfr. Ierem. IX, 1.

miscam super Sion et quomodo lugebo super Ierusalem? [4] Quia in loco isto, ubi prostratus sum nunc, olim Summus Sacerdos offerebat oblationes sanctas et ponebat in eo fumum thymiamatum odoramentorum suavium. [5] Nunc autem facta est pulvis gloriatio nostra et desiderium animae nostrae arena.

XXXVI. Et cum haec dixissem, obdormivi ibi et vidi nocte visionem; [2] et ecce silva arborum plantata in planitie et circumdabant eam montes sublimes et praerupta rupium et locum multum occupabat silva[3]; et ecce ex adverso ipsius ascendit vitis una et de sub ea gradiebatur fons in tranquillitate; [4] pervenit autem ille fons usque ad silvam et factus est in fluctus magnos et inundaverunt fluctus silvam illam et derepente eradicaverunt multitudinem silvae illius et subverterunt omnes montes in circuitu eius. [5] Et altitudo silvae humiliabatur et vertex montium humiliatus est et valde praevaluit fons ille, ut non relinqueret aliquid ex silva illa multa praeter unam cedrum tantum. [6] Etiam hanc cum deiecisset et multitudinem silvae illius perdidisset et eradicasset, ut nihil relinqueretur ex ea, neque locus eius cognosceretur, tunc venit vitis illa cum fonte et tranquillitate multa et venit

ܥܠ ܨܗܝܘܢ ܘܐܝܟܢܐ ܐܬܐܒܠ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ. ܡܛܠ ܕܒܕܘܟܬܐ ܗܕܐ ܐܝܟܐ ܕܡܬܓܢܐ ܐܢܐ ܗܫܐ: ܡܢ ܩܕܝܡ ܪܒ ܟܘܡܪܐ ܡܩܪܒ ܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܩܕܝܫܐ ܘܣܐܡ ܗܘܐ ܒܗ ܬܢܢܐ ܕܒܣܡܐ ܕܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܬܥܒܕ ܠܥܦܪܐ ܫܘܒܗܪܢ: ܘܪܓܬܐ ܕܢܦܫܢ ܚܠܐ܀

ܘܟܕ ܐܡܪܬ ܗܠܝܢ: ܕܡܟܬ ܬܡܢ ܘܚܙܝܬ ܒܠܠܝܐ ܚܙܘܐ. ܘܗܐ ܥܒܐ ܕܐܝܠܢܐ ܕܢܨܝܒ ܒܦܩܥܬܐ ܘܚܕܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܘܫܘܢܝܐ ܕܟܐܦܐ. ܘܐܬܪܐ ܣܓܝܐܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܗܘ ܥܒܐ. ܘܗܐ ܡܢ ܠܘܩܒܠܗ ܣܠܩܐ ܓܦܬܐ ܚܕܐ. ܘܡܢ ܬܚܬܝܗ ܢܦܩ ܗܘܐ ܡܒܘܥܐ ܒܫܠܝܐ. ܡܛܝ ܕܝܢ ܗܘ ܡܒܘܥܐ ܠܘܬ ܥܒܐ ܘܗܘܐ ܠܓܠܠܐ ܪܘܪܒܐ. ܘܐܛܒܥܘ ܗܠܝܢ ܓܠܠܐ ܠܗܘ ܥܒܐ ܘܡܢ ܫܠܝܐ ܥܩܪܘ ܠܣܘܓܐܗ ܕܥܒܐ ܗܘ ܘܗܦܟܘ ܠܟܠܗܘܢ ܛܘܪܐ ܕܚܕܪܝܗ. ܘܪܘܡܗ ܕܥܒܐ ܡܬܡܟܟ ܗܘܐ: ܘܪܝܫܗܘܢ ܕܛܘܪܐ ܐܬܡܟܟ. ܘܐܚܕ ܐܬܚܝܠ ܡܒܘܥܐ ܗܘ: ܕܠܐ ܢܫܒܘܩ ܡܕܡ ܡܢ ܗܘ ܥܒܐ ܣܓܝܐܐ: ܐܠܐ ܐܢ ܐܪܙܐ ܚܕܐ ܒܠܚܘܕ. ܐܦ ܠܗ ܟܕ ܐܪܡܝܗ ܘܠܣܘܓܐܗ ܕܥܒܐ ܗܘ ܐܘܒܕ ܘܥܩܪ: ܕܡܕܡ ܠܐ ܢܫܬܒܩ ܡܢܗ: ܐܦ ܠܐ ܐܬܪܗ ܢܫܬܟܚ. ܗܝܕܝܢ ܗܝ ܓܦܬܐ ܐܬܬ ܗܝ ܥܡ ܡܒܘܥܐ ܒܫܠܝܐ ܣܓܝܐܐ ܫܝܢܐ: ܘܐܬܬ ܠܘܬ ܐܪܙܐ ܗܝ ܕܠܐ ܐܫܬܒܩ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 v° *a* et *b*] — 16 ܣܘܪܓܐ.

ܗܘܐ ܡܢ ܐܪܙܐ: ܘܠܐܪܙܐ ܟܕ ܪܡܝܐ ܩܪܒܘܗܝ ܠܘܬܗ. ܘܚܙܝܬ ܗܘܝܬ ܦܬܚܬ ܦܘܡܗ ܓܦܬܐ ܗܝ ܘܡܠܠܬ ܘܐܡܪܐ ܠܐܪܙܐ ܗܘ: ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܬ ܗܘ ܐܪܙܐ ܕܐܫܬܚܪܬ ܡܢ ܚܘܪܫܐ ܕܒܝܫܘܬܐ. ܕܒܐܝܕܝܟ ܐܡܝܢܐܝܬ ܗܘܬ ܒܝܫܘܬܐ ܡܣܬܥܪܐ ܗܘܬ ܒܟܠܗܝܢ ܫܢܝܐ ܗܠܝܢ: ܘܛܒܬܐ ܠܐ ܡܬܡܠܝܐ. ܘܡܬܚܝܠܬ ܗܘܝܬ ܥܠ ܗܘ ܕܠܐ ܕܝܠܟܝ ܐܦ ܠܐ ܥܠ ܕܝܠܟܝ ܡܢ ܡܬܘܡ ܚܣܬ: ܘܡܬܚܝܠܐ ܗܘܝܬ ܐܫܘܠܛܢܟܝ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܝܩܝܢ ܡܢܟܝ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܠܟܝ ܒܡܨܝܕܬܐ ܕܥܘܠܟܝ ܐܚܝܕܐ ܗܘܝܬ: ܘܡܬܪܝܡ ܗܘܝܬ ܢܦܫܟܝ ܒܟܠܙܒܢ: ܐܝܟ ܗܝ ܕܠܐ ܡܬܥܩܪܐ ܕܬܬܥܩܪܝ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܣܬܪܗܒ ܙܒܢܟܝ ܘܐܬܬ ܫܥܬܟܝ. ܙܠܝ ܗܟܝܠ ܐܦ ܐܢܬܝ ܐܪܙܐ ܒܬܪ ܚܘܪܫܐ ܕܐܙܠ ܩܕܡܝܟܝ ܘܗܘܝ ܥܡܗ ܚܠܐ ܘܢܬܚܠܛ ܥܦܪܟܘܢ ܐܟܚܕܐ. ܘܕܡܟܝ ܗܫܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܘܐܬܢܝܚܝ ܒܫܘܢܩܐ ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܙܒܢܟܝ ܐܚܪܝܐ ܕܒܗ ܬܘܒ ܬܐܬܝܢ ܘܬܫܬܢܩܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬܗ ܠܗܘ ܐܪܙܐ ܟܕ ܝܩܕ ܘܠܓܦܬܐ ܟܕ ܪܒܝܐ: ܗܝ ܘܟܠ ܕܚܕܪܝܗ ܗܘܐ ܦܩܥܬܐ ܕܡܠܝܐ ܗܒܒܐ ܕܠܐ ܚܡܠܝܢ. ܘܐܢܐ ܕܝܢ ܐܬܬܥܝܪܬ ܘܩܡܬ.

usque ad locum unum, qui non longe erat a cedro, et cedrum deiectam admoverunt ad eam[a]. [7] Et vidi, et ecce aperuit os suum vitis illa, et locuta est et dixit cedro illi : Nonne tu es cedrus, quae relicta fuisti de silva malitiae, et per manus tuas assidua erat malitia et perpetrabatur omnibus annis istis et bonitas nunquam et invalescebas ei, quod tuum non erat, nec eius, quod tuum erat, unquam miserta es, [8] et extendebas potestatem tuam super eos, qui longe erant a te, et eos, qui appropinquabant ad te, in retibus impietatis tuae detinebas, et extollebas animam tuam semper, perinde ac si non posset eradicari. [9] Nunc autem festinavit tempus tuum, et venit hora tua. [10] Vade ergo etiam tu, cedre, post silvam quae abiit coram te, et fias cum ea arena, et pulvis vester misceatur simul. [11] Et dormite nunc in angustia et quiescite in tormento, donec veniat tempus tuum postremum, quo iterum venies et magis torqueberis.

XXXVII. Et post haec vidi illam cedrum ardentem et vitem crescentem, ipsam et omnia in circuitu eius, campum plenum floribus immarcescibilibus. Ego autem evigilavi et surrexi.

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 v° *b* et *c*]

[a] *et cedrum deiectam admoverunt ad eam*] Ryssel supplet ܓܠܠܝܗܘܢ ad ܩܪܒܘܗܝ interpretans : *und ihre Fluten brachten die Ceder, die hingestreckt am Boden lag, zu ihn*. Emendatio inepta non est, forte tamen superflua. In lingua hebraica posteriore enim pl. 3. pers. saepe designat actionem cum subiecto indeterminato. Vide *Ioma* ed. Strack. Ed. II. Leipzig, 1904, pag. 9, not. a.

XXXVIII. Et oravi et dixi : Domine Dominator Domine, tu omni tempore illuminas eos qui in intelligentia versantur. [2] Lex tua est vita et sapientia tua rectitudo est. [3] Indica ergo mihi interpretationem huius visionis. [4] Tu enim scis animam meam omni tempore in lege tua versatam esse et inde a diebus meis me a sapientia tua elongatum non esse.

XXXIX. Et respondit et dixit mihi : Baruch, haec est interpretatio visionis quam vidisti : [2] Sicut vidisti silvam multam, quam circumdabant montes excelsi et praerupti, hoc est verbum : [3] Ecce dies veniunt et corrumpetur regnum istud quod olim corrupit Sion, et subiicietur illi, quod venturum est post ipsum. [4] Iterum autem et illud post tempus corrumpetur; et surget aliud tertium et dominabitur etiam illud tempore suo et corrumpetur[a]. [5] Et post ista surget regnum quartum, cuius potestas erit peior et durior, quam illorum, quae ante ipsum fuerunt, et reget tempora multa, sicut silvae campi, et tenebit tempora et extolletur magis quam cedri Libani. [6] Et occultabitur ab ipso veritas et confugient ad ipsum, qui inquinati sunt iniquitate, sicut confugiunt bestiae malae et subrepunt in silvam. [7] Et erit, cum

ܘܨܠܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܡܪܝܐ ܡܪܝ: ܐܢܬ ܗܘ ܒܟܠܙܒܢ ܡܢܗܪ ܐܢܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܣܘܟܠܐ ܡܬܕܒܪܝܢ. ܢܡܘܣܟ ܚܝܐ ܗܘ: ܘܚܟܡܬܟ ܬܪܝܨܘܬܐ ܗܝ. ܐܘܕܥܢܝ ܗܟܝܠ ܦܘܫܩܗ ܕܗܢܐ ܚܙܘܐ. ܐܢܬ ܓܝܪ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܢܦܫܝ ܒܟܠܙܒܢ ܒܢܡܘܣܟ ܡܬܗܦܟܐ ܗܘܬ: ܘܡܢ ܝܘܡܝ: ܡܢ ܚܟܡܬܟ ܠܐ ܐܪܚܩܬ܀

ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܒܪܘܟ: ܗܢܘ ܦܘܫܩܗ ܕܚܙܘܐ ܕܚܙܝܬ: ܐܝܟ ܕܚܙܝܬ ܥܒܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܘܫܩܝܦܐ: ܗܢܐ ܗܘ ܡܠܬܐ: ܗܐ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܘܡܬܚܒܠܐ ܗܕܐ ܡܠܟܘܬܐ: ܗܝ ܕܚܒܠܬ ܙܒܢܬܐ ܠܨܗܝܘܢ: ܘܡܫܬܥܒܕܐ ܠܗܝ ܕܐܬܝܐ ܒܬܪܗ. ܬܘܒ ܕܝܢ ܐܦ ܗܝ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܡܬܚܒܠܐ ܘܩܐܡܐ ܐܚܪܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܘܫܠܛܐ ܐܦ ܗܝ ܒܙܒܢܗ ܘܡܬܚܒܠܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܩܐܡܐ ܡܠܟܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܕܫܘܠܛܢܗ ܗܘܐ ܩܫܐ ܘܒܝܫ ܝܬܝܪ ܡܢ [ܕ]ܗܠܝܢ ܕܩܕܡܝܗ ܗܘܘ. ܘܡܕܒܪܐ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܐܝܟ ܥܒܐ ܕܦܩܥܬܐ ܘܐܚܕܐ ܙܒܢܐ: ܘܡܬܪܝܡܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܪܙܐ ܕܠܒܢܢ. ܘܡܬܛܫܐ ܒܗ ܫܪܪܐ: ܘܥܪܩܝܢ ܠܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܛܘܫܝܢ ܒܥܘܠܐ: ܐܝܟ ܕܥܪܩܝܢ ܚܝܘܬܐ ܒܝܫܬܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 v° c] — 10 ܕܚܙܘܐ. — 11 ܠܗܘܢ. — 20 ܗܠܝܢ.

[a] *quam illorum*] Ryssel, cuius emendationem recepi, legit ܕܗܠܝܢ pro ܗܠܝܢ.

ܡܫܬܠܛ ܒܥܠܡܐ. ܘܢܗܘܐ ܡܐ ܕܢܩܪܘܒ ܙܒܢܐ ܕܫܘܠܡܗ ܕܢܦܠ: ܗܝܕܝܢ ܬܬܓܠܐ ܪܫܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܝ: ܗܝ ܕܕܡܝܐ ܠܡܒܘܥܐ ܘܠܓܦܬܐ: ܘܟܕ ܕܐܬܓܠܝܬ: ܬܥܩܘܪ ܣܘܓܐܐ ܕܟܢܫܗ. ܘܗܝ ܕܚܙܝܬ ܐܪܙܐ ܪܡܐ ܗܘ ܕܐܫܬܚܪ ܡܢ ܗܘ ܥܒܐ ܘܥܠ ܗܕܐ ܕܡܠܠܬ ܥܡܗ ܓܦܬܐ ܡܠܐ ܗܠܝܢ ܕܫܡܥܬ: ܗܢܐ ܗܘ ܡܠܬܐ:

ܡܕܒܪܢܐ ܐܚܪܝܐ ܕܡܫܬܚܪ ܢܫܬܚܪ ܟܕ ܚܝ: ܟܕ ܢܬܚܪܒܘܢ ܣܘܓܐܐ ܕܟܢܫܘܬܗ: ܢܬܐܣܪ ܘܢܣܩܘܢܝܗܝ ܥܠ ܛܘܪܐ ܕܨܗܝܘܢ ܘܡܫܝܚܝ ܢܟܣܝܘܗܝ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܥܘܠܘܗܝ ܘܢܟܢܫ ܘܢܣܝܡ ܩܕܡܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܕܟܢܫܘܬܗ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܟܢ ܢܩܛܠܝܘܗܝ: ܘܢܓܢ ܥܠ ܫܪܟܐ ܕܥܡܝ ܗܘ ܕܡܫܬܟܚ ܒܐܬܪܐ ܕܓܒܝܬ ܘܬܗܘܐ ܪܫܢܘܬܗ ܩܝܡܐ ܠܥܠܡ: ܥܕܡܐ ܕܢܫܬܠܡ ܥܠܡܐ ܕܚܒܠܐ: ܘܥܕܡܐ ܕܢܬܡܠܘܢ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐܡܪܘ ܠܥܠ. ܗܕܐ ܚܙܘܟ ܘܗܢܐ ܦܘܫܩܗ ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܠܡܢܘ ܘܟܡܐ ܢܗܘܘܢ ܗܠܝܢ܀ ܐܘ ܡܢܘ ܫܘܐ ܕܢܚܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ܀ ܐܡܠܠ ܕܝܢ ܩܕܡܝܟ ܟܠ ܕܡܬܚܫܒ ܐܢܐ: ܘܐܒܥܐ ܡܢܟ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܪܢܐ ܐܢܐ.

appropinquaverit tempus finis eius, ut cadat, tunc revelabitur principatus[a] Christi mei, qui similis erit fonti et viti, et cum revelatus fuerit, eradicabit multitudinem congregationis eius. [8] Et illud quod vidisti cedrum excelsam, quae relicta est de illa silva, et de hoc, quod cum ea locuta est vitis verba, quae audisti, hoc est verbum :

XL. Dux ultimus, qui tunc reliquus erit vivus, cum vastabitur multitudo congregationum eius[b], et vincietur et adducent eum super montem Sion et Christus meus arguet eum de omnibus impietatibus eius, et colliget et statuet in conspectu eius omnia opera catervarum eius. [2] Et postea interficiet eum et proteget reliquum populum meum, qui reperietur in loco, quem elegi. [3] Et erit principatus[c] eius stans in saeculum, donec consummetur mundus corruptionis et donec impleantur tempora praedicta[4]. Haec est visio tua et haec est explicatio eius.

XLI. Et respondi et dixi : Cuinam et quot erunt ista? Aut quisnam dignus erit vivere illo tempore? [2] Loquar autem in conspectu tuo omne quod cogito, et petam a te de iis, quae meditor. [3] Quia

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 260 v° *c* — f° 261 r° *a*] — 14 ܕܟܢܫܘܬܗ. — 18 ܕܢܫܠܡ.

[a] *principatus*] Ryssel emendat ܪܫܢܘܬܐ pro ܪܫܝܬܐ. Hoc autem superfluum est; ܪܫܝܬܐ nil aliud est, quam inepta interpretatio vocabuli ἀρχή, quae et initium et principatum designat. Cfr. XL, 3. — [b] *congregationum eius*] mallem legere ܕܟܢܫܗ aut ܕܟܢܫܘܬܗܘܢ lectio codicis ܕܟܢܫܘܬܗ caret sensu. — [c] *principatus*] Vide supra XXXIX, 7.

ecce video multos ex populo tuo, qui recesserunt a sponsionibus tuis[a] et proiecerunt a se iugum legis tuae. [4]Alios autem iterum vidi, qui reliquerunt vanitatem suam, et confugerunt sub alas tuas[b]. [5]Quid ergo erit istis? Aut quomodo recipiet eos ipsum tempus postremum? [6]An forte appendendo appendetur tempus istorum et, sicut inclinabit pondus, ita iudicabuntur?

XLII. Et respondit et dixit mihi: Etiam ista ego ostendam tibi. [2]Quod dixisti, cuinam et quot erunt ista: iis qui crediderunt, erit bonum praedictum, et iis, qui contemnunt, erit contrarium horum. [3]Et quod dixisti de eis, qui appropinquaverunt, et de eis, qui recesserunt, hoc est verbum: [4]Illi qui antea subiecti fuerunt et postea recesserunt et se commiscuerunt cum semine populorum permixtorum, horum tempus prius est et altum reputatur[c]; [5]et qui antea ignoraverunt et postea cognoverunt vitam et commixti sunt cum semine populi[d], qui se separavit, horum tempus [ultimum] alta cogitat, [6]et tempora tempora haere-

ܡܛܠ ܕܗܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܥܡܟ ܕܐܪܚܩܘ ܡܢ ܩܝܡܝܟ܆ ܘܫܕܘ ܡܢܗܘܢ ܢܝܪܗ ܕܢܡܘܣܟ܀ ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ ܬܘܒ ܚܙܝܬ ܕܫܒܩܘ ܣܪܝܩܘܬܗܘܢ ܘܥܪܩܘ ܠܬܚܝܬ ܟܢܦܝܟ܀ ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܗܠܝܢ܀ ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܡܩܒܠ ܠܗܘܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܐܚܪܝܐ܀ ܐܘ ܕܠܡܐ ܡܬܬܩܠܘ ܡܬܬܩܠ ܙܒܢܗܘܢ ܕܗܠܝܢ ܘܐܝܟ ܕܢܨܛܐ ܡܬܩܠܐ܆ ܗܟܢ ܡܬܕܝܢܝܢ܀

ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ܆ ܐܦ ܗܠܝܢ ܐܢܐ ܐܚܘܝܟ܀ ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܠܡܢܘ ܘܟܡܐ ܗܘܝܢ ܗܠܝܢ܆ ܠܐܝܠܝܢ ܕܗܝܡܢܘ ܗܘܝܐ ܛܒܬܐ ܕܡܩܒܠܐ ܐܡܝܪܐ܆ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܒܣܝܢ ܗܘܝܐ ܕܠܩܘܒܠܐ ܕܗܠܝܢ܀ ܘܕܐܡܪܬ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܩܪܒܘ ܘܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܪܚܩܘ܆ ܗܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ܆ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܐܫܬܥܒܕܘ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܪܚܩܘ ܘܐܬܚܠܛܘ ܒܙܪܥܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܚܠܝܛܝܢ܆ ܕܗܠܝܢ ܙܒܢܗܘܢ ܩܕܡܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܪ̈ܡܬܐ ܡܬܚܫܒ܀ ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܝܕܥܘ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܝܕܥܘ ܚܝܐ ܘܐܬܚܠܛܘ ܒܙܪܥܐ ܕܥܡܐ ܕܦܪܫ܆ ܕܗܠܝܢ ܙܒܢܗܘܢ ܐܚܪܝܐ ܪ̈ܡܬܐ ܡܬܚܫܒ܆ ܡܝܪܬܝܢ ܙܒܢ̈ܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 211 r° *a* et *b*] — 2 ܩܝܡܝܟ. — 22 ܕܥܡ̈ܡܐ. — 23 ܩܕܡܝܐ [ܐܚܪܝܐ.

[a] *sponsionibus tuis*] Codex ܩܝܡܝܟ sine ribui; Ceriani emendat proponens lectionem ܩܝ̈ܡܝܟ. — [b] Cfr. Ps. XXXV, 8. — [c] *altum reputatur*] Charles et Ceriani *alta cogito*, quod iam ideo nequit admitti, quia textus syriacus non dicit ܐܢܐ ܡܬܚܫܒ; Ryssel recte interpretatur: *wird für etwas Hohes angesehen*. Interpres Syrus in textu graeco adverbium aliquod in gradu superlativo prae oculis habuisse videtur (ὑψοτάτω, ὕψιστα?) quod falso adj. plur. gen. neutri esse putavit; hinc explicatur forma ܪ̈ܡܬܐ. Sensus phraseos igitur est: *maximi aestimabitur tempus posterius*, recepta emendatione a Kabisch et Ryssel proposita (ܐܚܪܝܐ pro ܩܕܡܝܐ, ut Codex legit). — [d] *cum semine populi*] emendato ܕܥܡ̈ܡܐ in ܕܥܡܐ (Charles, Ryssel).

ditabunt et aetates aetates et alterum ab altero accipient et tunc ad finem aequiparabitur omne, sicut mensura temporum et sicut horae aetatum. [7] Tollet enim corruptio eos, qui eius sunt, et vita illos, qui eius sunt. Et advocabitur pulvis et dicetur ei : Redde, quod tuum non est, et siste omne, quod custodisti, ad tempus suum.

XLIII. Tu autem Baruch confirma cor tuum ad id, quod dictum est tibi, et intellige ea, quae ostensa sunt tibi, quia habes consolationes multas in aeternum. [2] Abibis enim de loco isto et transibis de regionibus, quae nunc tibi visibiles sunt, et oblivisceris omnia corruptibilia, nec iterum recordaberis eorum, quae inter mortales sunt. [3] Vade igitur et praecipe [a] populo tuo, et veni in locum istum et postea ieiuna septem diebus; et tunc veniam ad te et loquar tecum.

XLIV. Et abii inde ego Baruch et veni ad populum meum [b] et vocavi filium meum primogenitum et Godoliam amicum meum [c] et septem ex senioribus populi et dixi eis : [2] Ecce ego vadam ad patres meos iuxta viam universae terrae. [3] Vos autem ne recedatis a via legis, sed

Mediolani. Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 r° *b* et *c*] — 14 [illegible]. — 16 [illegible]. — 22 [illegible].

[a] *praecipe*] Ryssel [illegible] legi vult pro [illegible] Codicis, attamen [illegible] etiam sine emendatione sensum sanum admittit. — [b] *Godoliam amicum meum*] In Codice [illegible] legitur, puncta [illegible] delenda sunt, nisi cum Ryssel legere velis [illegible]. — [c] Gen. xv, 15; Jos. xxiii, 14.

custodite et admonete populum, qui remansit, ne recedant a praeceptis Fortissimi. [4] Videtis enim iustum esse illum, cui servimus, neque accipit personas plasmator noster. [5] Et videte, quid acciderit Sion et quid evenerit Ierusalem. [6] Quia innotescet iudicium Fortis, et viae eius investigabiles et rectae sunt. [7] Si enim sustinueritis et permanseritis in timore eius, mutabuntur super vos tempora in bona et spectabitis consolationem Sion. [8] Quia quod nunc est, nihil est; quod autem futurum est, ipsum est magnum valde. [9] Praeteribit enim, quidquid corrumpitur, et abibit, quidquid moritur, et oblivioni tradetur totum tempus praesens, neque memoria erit tempori praesenti, quod nunc inquinatum est infortuniis. [10] Qui enim currit nunc, in vanum currit et, qui prosperatur, cito decidet et humiliabitur. [11] Quod enim futurum est, illud desideratur; et quod postea venit, de eo speramus. [12] Est enim tempus, quod non praeteribit; et veniet aetas, quae manebit in aeternum, et mundus novus, qui eos qui in initium eius penetraverint[a], non convertet in corruptionem et super eos, qui ibunt

ܕܢܡܘܣܐ: ܐܠܐ ܢܛܪܘ ܘܙܗܪܘ ܠܥܡܐ
ܕܐܫܬܪ ܕܠܐ ܢܣܛܘܢ ܡܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ
ܕܚܣܝܢܐ. ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܕܙܕܝܩ ܗܘ
ܗܘ ܕܠܗ ܦܠܚܝܢ ܚܢܢ ܡܣܒ ܒܐܦܐ ܠܐ ܢܣܒ
ܓܒܘܠܢ. ܘܚܙܘ ܡܢܐ ܕܓܕܫ ܠܨܗܝܘܢ
ܘܡܢܐ ܡܛܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܡܛܠ ܕܢܬܝܕܥ
ܕܝܢܗ ܕܚܣܝܢܐ ܘܐܘܪܚܬܗ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒܢ
ܘܬܪܝܨܢ ܐܢܝܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܬܣܝܒܪܘܢ ܘܬܩܘܝܢ
ܒܕܚܠܬܗ ܘܠܐ ܬܛܥܘܢ ܢܡܘܣܗ:
ܡܫܬܚܠܦܝܢ ܥܠܝܟܘܢ ܙܒܢܐ ܠܛܒܬܐ
ܘܬܚܙܘܢ ܒܒܘܝܐܗ ܕܨܗܝܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܕܡ
ܕܗܫܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ: ܡܕܡ ܕܝܢ
ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ: ܪܒ ܗܘ ܛܒ. ܥܒܪ ܓܝܪ
ܟܠܡܕܡ ܕܡܬܚܒܠ ܘܐܙܠ ܟܠ ܡܐ
ܕܡܐܬ ܘܡܬܛܥܝܐ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܗܫܐ ܘܠܐ
ܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ ܠܙܒܢܐ ܕܗܫܐ ܕܡܬܛܠܫ
ܒܒܝܫܬܐ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܪܗܛ ܗܫܐ ܠܣܪܝܩܘܬܐ
ܗܘ ܪܗܛ: ܘܗܘ ܕܡܨܠܚ ܒܥܓܠ ܢܦܠ
ܘܡܬܡܟܟ. ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܥܬܝܕ ܗܘ ܗܘ
ܡܬܪܓܪܓ: ܘܡܕܡ ܕܒܬܪ ܟܢ ܐܬܐ ܥܠܗ ܗܘ
ܡܣܒܪܝܢܢ. ܐܝܬ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܕܠܐ ܥܒܪ
ܘܐܬܐ ܥܕܢܐ ܗܘ ܕܡܩܘܐ ܠܥܠܡ ܘܥܠܡܐ
ܚܕܬܐ ܗܘ ܕܠܐܝܠܝܢ ܕܥܐܠܝܢ ܒܪܫܝܬܗ ܠܐ
ܡܗܦܟ ܠܗܘܢ ܠܚܒܠܐ: ܘܥܠ ܐܝܠܝܢ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 r° c — f° 261 v° a] — 8 ܐܢܝ. — 16 ܠܒܝܫܬܐ.

[a] *qui in initium eius penetraverint*] Ryssel post ܕܐܙܠܝ aliquid excidisse putat, forte ܠܛܘܒܐ *in beatitudinem;* attamen textus syriacus etiam sine emendatione per se clarus est. Charles lectionem ܕܪܫܝܬܗ errorem esse putat e textu hebraico derivandum, scilicet ex lectione באשרו per metathesim ortum esse dicit בראשו et interpretatur : *who depart to its blessedness;* hanc autem emendationem superfluam iam Ryssel iure et merito reiecit.

ܕܐܪܕܝܢ ܠܬܫܢܝܩܐ ܠܐ ܡܚܝܣ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܒܗ ܠܐ ܡܘܒܠ ܠܐܒܕܢܐ. ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܐܢܘܢ ܕܡܬܝܪܬܝܢ ܕܢܐܪܬܘܢ ܗܢܐ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐܡܪ: ܘܕܝܠܗܘܢ ܗܝ ܝܘܪܬܢܐ ܕܙܒܢܐ ܕܡܠܟܝܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܕܐܛܝܒܘ ܠܗܘܢ ܐܘܨܪܐ ܕܚܟܡܬܐ: ܘܣܝܡܬܐ ܕܣܘܟܠܬܢܘܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܐܫܬܟܚ: ܘܡܢ ܪܚܡܐ ܠܐ ܐܬܪܚܩܘ ܘܫܪܪܗ ܕܢܡܘܣܐ ܢܛܪܘ. ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܢܬܝܗܒ ܥܠܡܐ ܕܐܬܐ: ܡܥܡܪܗܘܢ ܕܝܢ ܕܣܓܝܐܐ ܕܫܪܟܐ ܒܢܘܪܐ ܗܘܐ܀

ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܡܨܐ ܕܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܙܗܪܘ ܠܥܡܐ: ܡܛܠ ܕܕܝܠܢ ܗܘ ܓܝܪ ܗܢܐ ܥܡܠܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܬܠܦܘܢ ܐܢܘܢ: ܬܚܝܘܢ ܐܢܘܢ܀

ܘܥܢܘ ܒܪܝ ܘܩܫܝܫܘܗܝ ܕܥܡܐ ܘܐܡܪܘ ܠܝ: ܥܕܡܐ ܠܗܕܐ ܡܟܟ ܚܝܠܬܢܐ ܕܢܣܒܟ ܡܢܢ ܒܥܓܠ: ܘܫܪܝܪܐܝܬ ܢܗܘܐ ܒܚܫܘܟܐ: ܘܢܘܗܪܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܥܡܐ ܕܐܫܬܚܪ. ܐܝܟܐ ܓܝܪ ܬܘܒ ܢܒܥܐ ܢܡܘܣܐ: ܐܘ ܡܢܘ ܡܦܪܫ ܠܢ ܒܝܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ: ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ ܕܠܩܘܒܠ ܬܪܘܢܘܣ ܕܚܝܠܬܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܩܘܡ: ܒܪܡ ܕܝܢ ܠܐ ܚܣܪ ܠܐܝܣܪܝܠ ܚܟܝܡܐ: ܘܠܐ ܒܪ ܢܡܘܣܐ ܠܫܪܒܬܗ ܕܝܥܩܘܒ. ܒܠܚܘܕ ܕܝܢ ܐܝܟܢܐ ܕܬܛܝܒܘܢ ܠܒܘܬܟܘܢ ܕܬܫܬܡܥܘܢ ܠܢܡܘܣܐ

ad supplicium, non miserebitur et eos, qui vivunt in eo, non adducet ad perditionem. [13] Isti enim sunt, qui haereditabunt hoc tempus, quod dictum est; et eorum est haereditas temporis promissi. [14] Hi sunt, qui paraverunt sibi promptuaria sapientiae; et thesauri intelligentiae apud ipsos reperti sunt et a misericordia non recesserunt et veritatem legis custodierunt. [15] Istis enim dabitur mundus venturus; domicilium autem reliquorum multorum in igne erit.

XLV. Vos ergo quantum potestis cohortamini populum; quia noster est enim hic labor. [2] Si enim docueritis eos, vivificabitis eos.

XLVI. Et responderunt filius meus et seniores populi et dixerunt mihi : Usque adeo humiliavit nos Fortissimus, ut tollat te a nobis cito? [2] Et vere erimus in tenebris et lux non erit populo, qui relictus est. [3] Ubinam enim iterum inquiremus legem? Aut quis discernet nobis mortem et vitam? [4] Et dixi eis : Contra thronum Fortissimi non possum resistere; verumtamen non deficiet Israel sapiens, neque filius legis generi Iacob. [5] Sed tantum vos praeparate corda vestra, ut obediatis legi et subiaceatis illis, qui cum timore

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 v° a] — 2 ܕܚܝܝܢ

sapientes sunt intelligentesque; et praeparate animam vestram, ne sitis recedentes ab eis. [6] Si enim haec feceritis, advenient vobis annuntiationes, quas praedixi vobis, neque incidetis in supplicium, quod iam testificatus sum vobis. [7] [De verbo autem, quod assumendus eram, non indicavi eis, ne filio quidem meo •.]

XLVII. Et cum exissem ac dimisissem eos, abii inde et dixi eis : Ecce ego vado usque Hebron. Illuc enim misit me Fortissimus. [2] Et veni ad eum locum, ubi sermo factus fuerat ad me, et sedi ibi et ieiunavi septem diebus.

ORATIO BARUCH

XLVIII. Et factum est post diem septimum oravi coram Fortissimo et dixi : [2] O Domine, tu vocas adventum temporum et consistunt ante te, tu transfers potestatem saeculorum, neque resistunt tibi; disponis rationem temporum et obediunt tibi; [3] tu solus nosti spatium generationum, neque revelas mysteria tua multis. [4] Indicas multitudinem ignis et levitatem spiritus ponderas; [5] investigas finem excelsorum, et profunditates tenebrarum scrutaris; [6] praecipis nume-

ܘܐܫܬܥܒܕܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܕܚܠܬܐ ܚܟܝܡܝܢ ܘܡܣܬܟܠܝܢ ܘܛܝܒܘ ܢܦܫܟܘܢ ܕܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܪܚܩܝܢ ܡܢܗܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܬܥܒܕܘܢ ܗܠܝܢ: ܢܐܬܝܢ ܠܟܘܢ ܣܒܪܬܐ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܬܥܠܘܢ ܐܝܠܗ ܠܬܫܢܝܩܐ ܕܩܕܡ ܐܣܗܕܬ ܠܟܘܢ. ܥܠ ܡܠܬܐ ܕܝܢ ܕܡܬܢܣܒ ܐܢܐ: ܠܐ ܐܘܕܥܬ ܐܢܘܢ ܐܦ ܠܐ ܠܒܪܝ܀

ܟܕ ܢܦܩܬ ܘܫܪܝܬ ܐܢܘܢ: ܐܙܠܬ ܠܝ ܡܢ ܬܡܢ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ: ܗܐ ܐܢܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܥܕܡܐ ܠܚܒܪܘܢ: ܠܬܡܢ ܓܝܪ ܫܕܪܢܝ ܚܝܠܬܢܐ. ܘܐܬܝܬ ܠܗܘ ܐܬܪܐ ܕܐܬܡܠܠ ܥܡܝ ܬܡܢ ܘܝܬܒܬ ܬܡܢ ܘܨܡܬ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ܀

ܨܠܘܬܐ ܕܒܪܘܟ

ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܨܠܝܬ ܩܕܡ ܚܝܠܬܢܐ ܘܐܡܪܬ: ܐܘ ܡܪܝܐ: ܩܪܐ ܐܢܬ ܠܡܐܬܝܬܗܘܢ ܕܙܒܢܐ ܘܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܟ: ܡܥܒܪ ܐܢܬ ܫܘܠܛܢܗܘܢ ܕܥܠܡܐ ܘܠܐ ܚܪܝܢ ܠܟ: ܡܛܟܣ ܐܢܬ ܕܘܒܪܗܘܢ ܕܙܒܢܐ ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܠܟ. ܐܢܬ ܒܠܚܘܕܝܟ ܝܕܥ ܐܢܬ ܡܫܘܚܬܗܘܢ ܕܕܪܐ ܘܠܐ ܓܠܐ ܐܢܬ ܐܪ̈ܙܝܟ ܠܣܓܝܐܐ. ܡܘܕܥ ܐܢܬ ܣܘܓܐܐ ܕܢܘܪܐ: ܘܩܠܝܠܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܬܩܠ. ܒܨܐ ܐܢܬ ܣܘܦܝܗܘܢ ܕܪܘܡܐ:

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 v° *a* et *b*] — 2 ܘܡܫܬܥܠܝܢ. — 4 ܐܢܬ.

• Additamentum spurium esse videtur. (Charles.)

ܡܩܕܡܘܬܐ ܕܫܥܘܬܐ ܥܒܪܐ ܐܢܬ܆ ܢܛܪ ܐܢܬ ܠܡܥܡܪܐ ܕܥܬܝܕ ܡܬܩܢ܆ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܟܡܐ ܡܥܡܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܗܘܘܢ. ܐܢܬ ܥܗܕ ܐܢܬ ܠܫܘܪܝܐ ܕܥܒܕܬ܆ ܘܐܒܕܢܐ ܕܥܬܝܕ ܠܐ ܛܥܐ ܐܢܬ܆ ܦܩܕ ܐܢܬ ܒܪܡܙܐ ܕܕܚܠܬܐ ܘܪܘܓܙܐ ܠܫܠܗܒܝܬܐ ܘܡܫܬܚܠܦܢ ܠܪܘܚܐ܆ ܘܒܡܠܬܐ ܡܩܝܡ ܐܢܬ ܡܕܡ ܕܠܐ ܗܘܐ ܘܐܚܝܕ ܐܢܬ ܠܡܕܡ ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܐܬܐ ܒܚܝܠܐ ܪܒܐ. ܡܠܦ ܐܢܬ ܒܪܝܬܐ ܒܣܘܟܠܟܘܬܟ܆ ܘܡܚܟܡ ܐܢܬ ܡܕܘܪܐ ܕܢܫܡܫܘܢ ܒܛܟܣܝܗܘܢ. ܚܝܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܡܢܝܢ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܟ ܘܡܫܡܫܝܢ ܒܛܟܣܝܗܘܢ ܒܫܠܝܐ ܠܪܡܙܟ. ܫܡܥ ܠܥܒܕܟ ܘܨܘܬ ܠܒܥܘܬܝ܆ ܡܛܠ ܕܒܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܐܬܝܠܕܢ ܘܒܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܗܦܟܝܢܢ. ܠܘܬܟ ܕܝܢ ܫܥܐ ܐܝܟ ܙܒܢܐ܆ ܘܝܘܡܬܐ ܐܝܟ ܕܪܐ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܪܓܙ ܥܠ ܒܪܢܫܐ܆ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܗܘ. ܘܠܐ ܬܬܒܥ ܥܠ ܥܒܕܝܢ܆ ܡܢܐ ܓܝܪ ܐܚܢܢ܇ ܗܐ ܓܝܪ ܒܡܘܗܒܬܟ ܐܬܝܢ ܠܥܠܡܐ܆ ܘܐܙܠܝܢܢ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܡܪܢ ܠܐܒܗܬܢ܆ ܕܐܘܠܕܘܢ܆ ܐܦܠܐ ܫܕܪܢ ܠܫܝܘܠ ܘܐܡܪܢ܆ ܕܩܒܠܝܢ. ܡܢܐ ܗܘ ܗܟܝܠ ܚܝܠܢ ܕܢܣܝܒܪ ܪܘܓܙܟ܇ ܐܘ ܡܢܐ ܚܢܢ ܕܢܩܒܠ ܕܝܢܟ܇ ܐܢܬ ܐܓܢ ܥܠܝܢ

ro transeunti et custoditur; et praeparas mansionem iis, qui futuri sunt. 7 Tu recordaris initii, quod fecisti, et perditionem, quae futura est, non oblivisceris; 8 praecipis nutibus timoris et indignationis flammis et mutantur in auras; et verbo excitas, quod non erat, et tenes, quod nondum venit, virtute magna[a]; 9 erudis creaturas intelligentia tua et sapientes reddis sphaeras, ut ministrent in ordinibus suis. 10 Exercitus innumerabiles stant coram te et ministrant in ordinibus suis quiete ad nutum tuum[b]. 11 Audi servum tuum et intende deprecationem meam. 12 Quia modico tempore nati sumus et tempore modico revertimur. 13 Apud te vero horae sunt velut tempus et dies sicut generationes. 14 Ne itaque irascaris contra hominem, quia nihil est, neque recogites opera nostra. 15 Quid enim sumus nos? Ecce enim dono tuo venimus in mundum et abimus sine voluntate nostra. 16 Neque enim diximus parentibus nostris: gignite nos[c], neque misimus in Hadem dicentes: Recipe nos! 17 Quaenam est igitur virtus nostra, ut feramus iram tuam? Aut quid sumus, ut sustineamus iudicium tuum? 18 Tu nos protege misericordia tua et miseratione tua adiuva nos. 19 Respice

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 v° *b* et *c*] — 14 ܒܛܟܣܝܗܘܢ. — 19 ܘܐܡܬܢܢ. — 21 ܐܬܝܢ. — 23 ܕܐܘܠܕܢ. — 24 ܐܡܪܝܢ.

[a] Ps. CIII, 4. — [b] Cfr. Henoch Aeth. II, 1. Ps. Sal. XVIII, 10 sq. Henoch Slav. XXI, 6. — [c] *gignite nos*] Cum Ceriani, Charles, Ryssel correxi ܕܐܘܠܕܘܢ.

pusillos, qui se tibi subiecerunt, et salva omnes, qui appropinquant ad te, neque auferas spem populi nostri, neque succidas tempora adiutorii nostri.
[20] Hic enim est populus, quem elegisti, et hi sunt populus[a], cui non invenies similem.
[21] Sed loquar ante te nunc, et dicam, sicut cogitat cor meum.
[22] In te confidimus, quia ecce lex tua apud nos et scimus nos non cadere, dum sanctiones tuas tenemus.
[23] Semper beati erimus saltem in hoc, quod non commixti sumus cum gentibus.
[24] Omnes enim sumus unus populus illustris[b], qui accepimus legem unam ab uno; et lex, quae est inter nos, adiuvabit nos, et sapientia excellens, quae est in nobis, auxiliabitur nobis.
[25] Et cum orassem et dixissem ista, debilitatus sum valde.
[26] Et respondit et dixit mihi : Tu simpliciter orasti, o Baruch, et exaudita sunt omnia verba tua.
[27] Sed iudicium meum requirit suum et lex mea requirit ius suum.
[28] Ex verbis tuis enim respondebo tibi et ex oratione tua loquar tibi.
[29] Ipsum enim est istud : nihil est, quod

ܕܡܫܥܒܕܝܢ: ܘܡܚܝܠܝܢ ܦܓܪܝܢ. ܚܘܣ ܠܥܒܕܘܬܐ ܕܐܫܬܥܒܕܘ ܠܟ: ܘܦܨܐ ܠܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܠܟ. ܘܠܐ ܬܦܣܘܩ ܣܒܪܗ ܕܥܡܢ: ܘܠܐ ܬܒܨܪ ܙܒܢܐ ܕܡܥܕܪܢܘܬܢ. ܗܢܘ ܓܝܪ ܥܡܐ ܕܓܒܝܬ: ܘܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܥܡܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܬ ܐܟܘܬܗ. ܐܠܐ ܐܡܠܠ ܩܕܡܝܟ ܗܫܐ ܘܐܡܪ ܐܝܟ ܕܡܬܚܫܒ ܠܒܝ: ܒܟ ܬܟܝܠܝܢܢ ܕܗܐ ܢܡܘܣܟ ܠܘܬܢ: ܘܝܕܥܝܢܢ ܕܠܐ ܢܦܠܝܢܢ ܟܡܐ ܕܦܘܩܕܢܝܟ ܐܚܝܕܝܢ ܚܢܢ. ܒܟܠܙܒܢ ܛܘܒܝܢ: ܐܦܢ ܒܗܕܐ ܕܠܐ ܐܬܚܠܛܢ ܒܥܡܡܐ. ܟܠܢ ܓܝܪ ܐܢܫܝܢ ܚܕ ܥܡܐ ܡܫܡܗܐ ܕܢܣܒܢ ܚܕ ܢܡܘܣܐ ܡܢ ܚܕ: ܘܗܘ ܢܡܘܣܐ ܕܒܝܢܬܢ ܡܥܕܪ ܠܢ: ܘܚܟܡܬܐ ܡܝܬܪܬܐ ܕܐܝܬܝܗ ܒܢ ܬܥܕܪܢ. ܘܟܕ ܨܠܝܬ ܘܐܡܪܬ ܗܠܝܢ: ܐܬܡܚܠܬ ܛܒ. ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܐܢܬ ܦܫܝܛܐܝܬ ܨܠܝܬ: ܐܘ ܒܪܘܟ: ܘܐܫܬܡܥܘ ܟܠܗܘܢ ܡܠܝܟ. ܐܠܐ ܕܝܢܝ ܬܒܥ ܕܝܠܗ: ܘܢܡܘܣܝ ܬܒܥ ܙܕܩܗ. ܡܢ ܡܠܝܟ ܓܝܪ ܡܦܢܐ ܐܢܐ ܠܟ: ܘܡܢ ܨܠܘܬܟ ܐܡܠܠ ܠܘܬܟ. ܗܘ ܗܘ ܓܝܪ ܗܢܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܗܘ ܕܡܬܚܫܒ: ܘܐܪܥܐ ܐܝܟ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 261 v° c — f° 262 r° a] — 5 Manu prima ܥܒܪܐ quod correxit in ܕܘܡܝܐ. — 11 ܐܬܚܠܛܢ.

[a] *populus*] Ceriani : « ܕܘܡܝܐ, sic scriptura codicis nunc et ex prima quidem scriptura ܕ, ܘ praeter punctum (sed ܕ ex erasa linea inferiori ܒ apparet effictum) et maior pars literae ܐ; cetera in rasura, prima, ut videtur manu; spatium est regulare, sed sub litera ܕ levis tractus est primae, ut videtur, manus, quo littera reprobata efficitur ܥܡܐ, quod ipse contextus postulat. Primam scripturam ex spatio et rasurae ratione suspicor fuisse ܥܒܪܐ ». Charles commendat lectionem ܐܘܡܬܐ, quae vox pariter « gentem », populum significat. — [b] *populus illustris*] recte interpretatur Ryssel : *ein Volk, was einen berühmten Namen trägt*. Interpretatio Charles, qui Ceriani secutus scribit : *for we are all named one people* textui syriaco non congruit.

ܗܘ ܕܡܚܒܠ ܕܢܣܟܠ ܡܫܟܚ ܘܠܐ ܐܬܕܟܪ ܛܝܒܘܬܝ: ܘܠܐ ܩܒܠ ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܝ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܬܢܣܒܘ ܡܬܢܣܒ ܐܢܬ: ܐܝܟ ܕܩܕܡܬ ܐܡܪܬ ܠܟ. ܘܐܬܐ ܙܒܢܐ ܕܐܡܪܬ ܠܟ ܘܢܩܘܡ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܠܨ. ܢܐܬܐ ܓܝܪ ܘܢܥܒܪ ܒܚܝܠܐ ܚܪܝܦܐ: ܘܢܬܕܠܚ ܟܕ ܐܬܐ ܒܚܡܬܐ ܕܪܘܓܙܐ. ܘܢܗܘܐ ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ: ܢܬܬܢܝܚܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪܘܗ̈ ܕܐܪܥܐ ܚܕ ܥܠ ܚܕ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܕܩܪܒ ܕܝܢܝ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܚܟܝܡ̈ܐ ܣܓܝܐ̈ܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ: ܘܣܘܟܠܬܢ̈ܐ ܙܥܘܪ̈ܐ ܢܗܘܘܢ: ܐܠܐ ܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܝܕܥܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܢܫܬܩܘܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܫܡܘܥ̈ܐ ܣܓܝܐ̈ܐ ܘܫܡ̈ܥܐ ܕܠܐ ܙܥܘܪܝܢ: ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܦܢܛܣܝܐ ܢܬܚܙܘܢ ܘܢܬܬܢܘܢ ܫܘܘܕ̈ܝܐ ܠܐ ܙܥܘܪܝܢ: ܡܢܗܘܢ ܣܪܝܩܝܢ: ܘܡܢܗܘܢ ܢܬܫܪܪܘܢ. ܘܢܬܗܦܟ ܐܝܩܪܐ ܠܨܥܪܐ: ܘܢܬܡܟܟ ܚܘܣܢܐ ܠܫܝܛܘܬܐ. ܘܢܫܬܪܐ ܐܚܝܕܘܬܐ: ܘܫܘܦܪܐ ܢܗܘܐ ܠܡܣܠܝܘܬܐ. ܘܢܐܡܪܘܢ ܣܓܝܐ̈ܐ ܠܣܓܝܐ̈ܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ: ܐܝܟܐ ܐܬܛܫܝܬ ܠܗ ܣܘܓܐܐ ܕܣܘܟܠܬܢܘܬܐ ܘܠܐܝܟܐ ܫܢܝܬ ܠܗ ܣܘܓܐܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܟܕ ܗܢܘܢ ܡܬܪܢܝܢ ܗܠܝܢ: ܗܝܕܝܢ ܢܕܢܚ ܛܢܢܐ ܒܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ: ܘܚܡܬܐ ܢܬܐܚܕ ܠܐܝܢܐ ܕܫܠܐ

corrumpitur et impie egit, perinde ac si posset efficere aliquid, nec recordatus est gratiae meae nec suscepit longanimitatem meam. [30] Propter hoc assumptus assumeris, sicut praedixi tibi, et veniet tempus, quod dixi tibi, et surget tempus, quod tribulabit. [31] Veniet enim et praeteribit cum impetu vehementi et conturbabitur veniens cum furore indignationis. [32] Et erit illis diebus : requiescent omnes habitatores terrae[a] alter super alterum nescientes appropinquare iudicium meum. [33] Non enim multi sapientes reperientur tempore illo, et intelligentes pauci quidam erunt, sed qui scient, praecipue tacebunt[b]. [34] Et erunt auditus multi et rumores non pauci et opera phantasmatum manifestabuntur et enarrabuntur promissiones non paucae, quorum aliae vanae et aliae confirmabuntur. [35] Et convertetur honor in ignominiam et humiliabitur robur usque ad contemptum et dissolvetur firmitas et pulchritudo erit in despectum. [36] Et dicent multi multis illo tempore : Ubinam occultavit se multitudo intelligentiae et quo transmigravit multitudo sapientiae? [37] Et dum ipsi reputabunt ista, tunc exorietur zelus in illos, de quibus

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 r° *a* et *b*] — 4 ܘܐܬܐ.

[a] *requiescent omnes habitatores terrae*] Ryssel et Charles pro ܢܬܬܢܝܚܘܢ legere malunt ܢܬܬܢܚܘܢ (cfr. 48, 37) et interpretantur : *commovebuntur... contra invicem.* Sed forte textus syriacus emendatione non indiget; sensus verbi ܢܬܬܢܝܚܘܢ est : incolae terrae mutuam confidentiam inter se habentes, iudicium divinum nihili habebunt. — [b] Pro 33-36. Cfr. Cypriani, *Testimonia III,* 29.

non putabant, et passio comprehendet eum, qui tranquillus erat, et commovebuntur multi ob iram, ut noceant multis[a], et excitabunt exercitus, ut fundant sanguinem, et cum eis in fine simul peribunt. [38] Et erit illo tempore, apparebit manifeste omni homini mutatio temporum, pro eo quod omnibus temporibus istis contaminabantur et opprimebant et ambulabant unusquisque in operibus suis et legem Fortissimi non recordabantur. [39] Propter hoc ignis cogitationes eorum devorabit et flamma examinabuntur curae renum eorum. Veniet enim iudex et non tardabit, [40] quia unusquisque habitatorum terrae sciebat, cum inique agebat, et legem meam non noverunt propter superbiam suam. [41] Multi autem tunc flebunt vere super viventes autem magis quam super mortuos. [42] Et respondi et dixi : O quid fecisti, Adam, omnibus, qui a te geniti sunt! Et quid dicetur Evae primae, quae serpenti obedivit? [43] Quia haec tota multitudo abit ad corruptionem, nec datur numerus eorum, quos ignis devorat! [44] Sed iterum loquar coram te. [45] Tu, Dominator Domine, scis, quid sit in creatura tua. [46] Tu enim olim praecepisti pulveri, ut daret Adam, et tu scis

ܗܘܐ. ܘܢܬܬܙܝܥܘܢ ܣܓܝ̈ܐܐ ܒܚܡܬܐ ܕܢܒܐܫܘܢ ܠܣܓܝ̈ܐܐ ܘܢܥܝܪܘܢ ܠܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܢܐܫܕܘܢ ܕܡܐ ܘܥܡܗܘܢ ܒܚܪܬܐ ܐܟܚܕܐ ܢܐܒܕܘܢ. ܘܢܗܘܐ ܒܗ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܢܗܝܪܐ ܡܚܘܝܢܐܝܬ ܠܟܠܒܪܢܫ ܫܘܚܠܦܗܘܢ ܕܙܒ̈ܢܐ: ܡܛܠ ܕܒܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܙܒ̈ܢܐ ܡܬܛܢܦܝܢ ܗܘܘ ܡܥܠܒܝܢ: ܘܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܐܢܫ ܒܥܒܕ̈ܘܗܝ: ܘܢܡܘܣܗ ܕܚܝܠܬܢܐ ܠܐ ܡܬܕܟܪܝܢ ܗܘܘ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܘܪܐ ܡܚܫܒ̈ܬܗܘܢ ܐܟܠܐ: ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܬܒܚܘܢ ܡܪ̈ܢܝܬܗܘܢ ܕܟܘܠܝ̈ܬܗܘܢ: ܢܐܬܐ ܓܝܪ ܕܝܢܐ ܘܠܐ ܢܬܘܚܪ. ܡܛܠ ܕܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢ ܥܡܘܪ̈ܘܗܝ ܕܐܪܥܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܟܕ ܡܥܘܠ: ܘܢܡܘܣܝ ܠܐ ܝܕܥܘ: ܡܛܠ ܪܡܘܬܗܘܢ. ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܝܢ ܗܝܕܝܢ ܢܒܟܘܢ ܫܪܝܪܐܝܬ: ܥܠ ܚܝ̈ܐ ܕܝܢ ܝܬܝܪ ܕܥܠ ܡܝ̈ܬܐ. ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܐܘ ܡܢܐ ܥܒܕܬ ܐܕܡ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܠܕܘ ܡܢܟ. ܘܡܢܐ ܬܬܐܡܪ ܠܚܘܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܚܘܝܐ ܐܫܬܡܥܬ. ܕܗܢܐ ܟܠܗ ܟܢܫܐ ܐܙܠ ܠܚܒܠܐ: ܘܠܝܬ ܡܢܝܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܘܪܐ ܐܟܠܐ. ܐܠܐ ܬܘܒ ܐܡܪ ܩܕܡܝܟ: ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܡܪܝ ܝܕܥܬ ܡܕܡ ܕܒܒܪܝܬܟ. ܐܢܬ ܓܝܪ ܡܢ ܩܕܝܡ ܦܩܕܬ ܠܥܦܪܐ ܕܢܬܠ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 r° *b* et *c*]

[a] *ut noceant multis*] Forte etiam legi potest ܕܢܒܩܘܢ : *quae corripiet multos*.

[illegible]

numerum eorum, qui ab eo geniti sunt et quantopere peccaverint coram te illi, qui fuerunt et non sunt confessi te factorem suum. [47] Et de his omnibus finis eorum redarguet eos et lex tua, quam transgressi sunt, retribuet illis die tuo. [48] [Nunc autem dimittamus iniquos et inquiramus[a] de iustis. [49] Et narrabo beatitudinem eorum et non tacebo gloriam eorum celebrare, quae reservata est eis. [50] Vere enim sicut tempore paulisper in hoc mundo, qui praeterit, in quo vivitis, laborem multum pertulistis, ita in mundo illo, cui finis non est, accipietis lucem magnam.]

XLIX. Verumtamen iterum obsecrabo te, Fortissime, et petam misericordiam a te, qui fecisti omnia. [2] In quanam forma vivent viventes die tuo? Aut quomodo permanebit splendor ipsorum posterior! [3] Hanccine figuram huius temporis resument tunc et ista membra vinculorum vestient, quae nunc in malis sunt et in eis complentur mala, an forte immutabis ea, quae fuerunt in mundo, sicut etiam mundum?

L. Et respondit et dixit mihi : Audi

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262,r° c] — 9 [illegible]. — 10 [illegible].

[a] *et inquiramus*] Ryssel : *wir... wollen für die Gerechten Fürbitte einlegen.* An haec interpretatio nostra melior sit, nescio; spectato enim contextu, vv. 48-50 uncis inclusi evidenter non huc pertinent, ita ut nequeat erui sensus verbi [illegible], nam contextum perturbant, et potius ad aliquam exhortationem referenda sunt ad populum habitam.

Baruch, verbum istud et scribe in memoria cordis tui omnia, quae disces. [2] Restitutione enim restituet terra tunc mortuos, quos recepit nunc, ut custodiat eos, nihil immutans in figura eorum et, sicut tradidi eos ei, ita etiam sistet eos. [3] Tunc enim oportebit ostendere illis, qui vivunt, vixisse mortuos, et venisse illos, qui recesserunt. [4] Et erit, cum cognoverint unus alterum eos, quos nunc noscunt, tunc invalescet iudicium et venient, quae praedicta sunt.

LI. Et erit, postquam praeterierit dies ille statutus, tunc postea immutabitur forma[a] eorum, qui damnati fuerint, et gloria eorum, qui iustificati fuerint. [2] Fiet enim forma illorum, qui nunc impie agunt, peior quam est, ut sustineat supplicium [b]. [3] Etiam gloria eorum, qui nunc iustificati sunt per legem meam, qui habebant intelligentiam in vita sua, et qui plantaverunt in corde suo radicem sapientiae : tunc glorificabitur splendor eorum in commutationibus et convertetur figura faciei eorum in lucem decoris eorum, ut possint potiri et accipere mundum, qui non moritur, illis tunc promissum. [4] Hoc enim maxime

ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܒܥܘܗܕܢܗ ܕܠܒܟ ܟܠ
ܕܝܠܦ ܐܢܬ. ܡܦܢܝܘ ܓܝܪ ܡܦܢܝܐ ܐܪܥܐ
ܗܝܕܝܢ ܠܡܝܬܐ ܕܡܩܒܠܐ ܗܫܐ ܕܢܛܪ
ܐܢܘܢ: ܟܕ ܡܕܡ ܠܐ ܡܫܚܠܦܐ ܒܕܡܘܬܗܘܢ:
ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܩܒܠܬ: ܗܟܢܐ ܡܦܢܝܐ ܠܗܘܢ:
ܘܐܝܟ ܕܐܫܠܡܬ ܐܢܘܢ ܠܗ: ܗܟܢܐ ܐܦ
ܡܩܝܡܐ ܠܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܡܬܒܥܐ ܓܝܪ
ܠܡܚܘܝܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܕܚܝܘ ܡܝܬܐ:
ܘܐܬܘ ܗܢܘܢ ܕܐܙܠܘ ܗܘܘ. ܘܢܗܘܐ ܡܐ
ܕܐܫܬܘܕܥܘ ܚܕ ܠܚܕ ܐܝܠܝܢ ܕܗܫܐ
ܝܕܥܝܢ: ܗܝܕܝܢ ܢܥܫܢ ܕܝܢܐ ܘܢܐܬܝܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܬܐܡܪܢ ܐܡܝܪܢ܀

ܘܢܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܥܒܪ ܗܘ ܝܘܡܐ
ܕܩܝܡ: ܗܝܕܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܟܢ ܡܫܬܚܠܦܐ
ܕܡܫܘܚܬܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܝܒܝܢ: ܐܦ
ܫܘܒܚܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܙܕܕܩܝܢ.
ܡܬܚܒܠܐ ܓܝܪ ܕܡܫܘܚܬܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܗܫܐ
ܡܪܫܥܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܐ ܕܐܝܬܝܗ: ܐܝܟ
ܕܢܣܝܒܪܘܢ ܫܘܢܩܐ. ܐܦ ܫܘܒܚܗܘܢ
ܕܐܝܠܝܢ ܕܗܫܐ ܐܙܕܕܩܘ ܒܢܡܘܣܝ: ܗܠܝܢ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܘܟܠܐ ܒܚܝܝܗܘܢ:
ܘܗܠܝܢ ܕܢܨܒܘ ܒܠܒܗܘܢ ܥܩܪܗ ܕܚܟܡܬܐ.
ܗܝܕܝܢ ܢܫܬܒܚ ܙܝܘܗܘܢ ܒܫܘܚܠܦܐ:
ܘܡܬܗܦܟ ܕܡܘܬܐ ܕܐܦܝܗܘܢ ܠܢܘܗܪܐ
ܕܫܘܦܪܗܘܢ: ܕܢܫܟܚܘܢ ܕܢܩܢܘܢ ܘܢܩܒܠܘܢ
ܥܠܡܐ ܕܠܐ ܡܐܬ ܕܗܝܕܝܢ ܡܬܡܠܟ ܠܗܘܢ.

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 r° *c* — f° 262 v° *a*] — 15 ܕܪܘܡܬܗܘܢ.

[a] *forma*] Cum Ceriani, Charles, Ryssel correxi ܕܪܘܡܬܗܘܢ (superbia eorum) in ܕܡܘܬܗܘܢ. — [b] Cf. Praef. § 5, col. 1066.

ܒܗܕܐ ܓܝܪ ܢܬܐܢܚܘܢ ܝܬܝܪ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܗܝܕܝܢ: ܥܠ ܕܐܫܬܐܛܘ ܢܡܘܣܝ ܘܣܟܪܘ ܐܕܢܝܗܘܢ ܕܠܐ ܢܫܡܥܘܢ ܚܟܡܬܐ ܘܠܐ ܢܩܒܠܘܢ ܣܘܟܠܐ. ܟܕ ܗܟܝܠ ܢܚܙܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܗܫܐ ܐܬܪܝܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܕܗܝܕܝܢ ܡܬܥܠܝܢ ܘܡܫܬܒܚܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ ܘܡܫܬܚܠܦܝܢ ܗܠܝܢ ܘܗܠܝܢ: ܗܠܝܢ ܠܙܝܘܐ ܕܡܠܐܟܐ: ܘܗܠܝܢ ܠܬܗܪܐ ܕܚܙܘܢܐ ܘܠܚܙܝܬܐ ܕܕܡܘܬܐ: ܝܬܝܪܐܝܬ ܢܬܡܣܘܢ. ܠܩܕܡ ܓܝܪ ܚܙܝܢ: ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܙܠܝܢ ܕܢܫܬܢܩܘܢ. ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܐܬܦܪܩܘ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܗܫܐ ܢܡܘܣܐ ܣܒܪܐ ܘܣܘܟܠܐ ܣܘܟܝܐ ܘܚܟܡܬܐ ܬܘܟܠܢܐ: ܬܕܡܪܬܐ ܢܬܚܙܝܢ ܠܗܘܢ ܒܙܒܢܗܝܢ. ܚܙܝܢ ܓܝܪ ܗܘ ܥܠܡܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܗܘܢ ܗܫܐ: ܘܚܙܝܢ ܠܙܒܢܐ ܕܗܫܐ ܟܣܐ ܡܢܗܘܢ. ܘܬܘܒ ܠܐ ܢܥܬܩ ܐܢܘܢ ܙܒܢܐ. ܒܡܪܘܡܘܬܗ ܓܝܪ ܕܗܘ ܥܠܡܐ ܢܥܡܪܘܢ ܘܡܬܕܡܝܢ ܠܡܠܐܟܐ ܘܡܫܬܘܝܢ ܠܟܘܟܒܐ: ܘܗܘܝܢ ܡܫܬܚܠܦܝܢ ܒܟܠ ܕܡܘ ܕܨܒܝܢ: ܡܢ ܫܘܦܪܐ ܠܝܐܝܘܬܐ: ܘܡܢ ܢܘܗܪܐ ܠܙܝܘܐ ܕܫܘܒܚܐ. ܢܬܦܫܛܘܢ ܓܝܪ ܩܕܡܝܗܘܢ ܦܬܝܘܬܗ ܕܦܪܕܝܣܐ: ܘܢܬܚܘܐ ܠܗܘܢ

ingemiscent illi, qui tunc venient, quod spreverunt legem meam et obturaverunt aures suas, ut non audirent sapientiam, neque acciperent intelligentiam[a]. [5]Cum ergo videbunt eos, super quos nunc se extulerunt, eos tunc exaltari et glorificari magis quam se et se et illos commutari : illos in splendorem angelorum et se in stuporem visionum, et in visum figurarum : maxime tabescent[b]. [6]Prius enim videbunt et postea ibunt, ut crucientur. [7]Qui autem salvati sunt in operibus suis et quibus fuit nunc lex spes et intelligentia expectatio, et sapientia fiducia : apparebunt eis mirabilia tempore suo. [8]Videbunt enim mundum, qui invisibilis est eis nunc, et videbunt tempus, quod nunc occultatum est ab eis. [9]Et ultra non veterabit eos tempus[c]. [10]In excelsis enim mundi illius habitabunt et assimilabuntur angelis et aequabuntur stellis, et erunt transmutati in omnem formam, quam voluerint, ex pulchritudine in speciositatem et ex luce in splendorem gloriae. [11]Expandentur enim coram eis latitudines paradisi et ostendetur eis

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 v° *a* et *b*]

[a] Zach. VII, 11. — [b] *Cum ergo... maxime tabescent*] Ryssel : *und jene werden noch mehr dahinschwinden zu staunenerregenden Erscheinungen und zu [wunderbar] anzusehenden Gestalten.* Ryssel sensum enuntiati haud perspexisse videtur; etenim ad ܟܕ, qua particula protasis enuntiati introducitur, etiam apodosis aliqua pertinet; hanc autem Ryssel non reperit, sed apodosim ܢܬܡܣܘܢ (ܠܚܙܝܬܐ) ad praecedentia iungens totum sensum sententiae defuscavit. Sed iam Charles erravit interpretando : *and the former will mainly waste away in wonder at the visions and in the beholding of the forms.* — [c] IV Esdrae VII, 97; Matth. XXII, 30.

pulchritudo maiestatis viventium, quae sunt sub throno, et omnes militiae angelorum, qui nunc detinentur verbo meo, ne videantur, et detinentur praecepto, ut consistant in locis suis, donec veniat adventus eorum.[12] Excellentia autem erit tunc in iustis magis quam illa, quae [est] in angelis.[13] Excipient enim primi novissimos, illos quos expectabant, et novissimi eos, quos audiebant praeterisse.[14] Liberati enim sunt ex mundo isto tribulationis et deposuerunt onus angustiarum.[15] Quanam igitur [re] perdiderunt homines vitam suam et quacum commutaverunt animam suam illi, qui fuerunt in terra?[16] Tunc enim elegerunt sibi tempus istud, quod extra angustias praeterire non potest[a], et elegerunt sibi tempus, cuius exitus pleni sunt gemitibus et malis, et abnegaverunt mundum, qui non veterat eos, qui perveniunt ad eum, et reiecerunt et tempus gloriae[b], ne pervenirent ad honorem, quem praedixi tibi.

LII. Et respondi et dixi : Quomodo obliviscemur[c] illos, quibus tunc vae ser-

ܫܘܦܪܐ ܕܐܝܩܪܐ ܕܚܝܘܬܐ ܕܬܚܝܬ ܟܘܪܣܝܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܚܝܠܘܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܫܐ ܒܡܠܬܝ: ܐܝܟ ܕܠܐ ܢܬܚܙܘܢ: ܘܐܚܝܕܝܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܐܝܟ ܕܢܩܘܡܘܢ ܒܐܬܪܘܬܗܘܢ ܒܪܡܐ ܕܐܬܐ ܡܐܬܝܬܗܘܢ. ܘܡܝܬܪܘܬܐ ܕܝܢ ܬܗܘܐ ܗܝܕܝܢ ܒܙܕܝܩܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܒܡܠܐܟܐ. ܢܩܒܠܘܢ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ ܠܐܚܪܝܐ ܠܗܢܘܢ ܕܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ: ܘܐܚܪܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܕܥܒܪܘ. ܐܬܦܪܩܘ ܓܝܪ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ: ܘܐܢܚܘ ܡܢܗܘܢ ܡܘܒܠܐ ܕܥܩܬܐ. ܒܡܢܐ ܓܝܪ ܐܘܒܕܘ ܒܢܝܢܫܐ ܚܝܝܗܘܢ: ܘܒܡܢܐ ܚܠܦܘ ܢܦܫܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܐܪܥܐ ܗܘܘ. ܗܝܕܝܢ ܓܒܘ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܥܩܬܐ ܕܢܥܒܪ ܠܐ ܡܫܟܚ: ܘܓܒܘ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܡܦܩܢܘܗܝ ܐܢܚܬܐ ܡܚܫܬܐ ܡܠܝܢ: ܘܟܦܪܘ ܒܥܠܡܐ ܕܠܐ ܡܥܬܩ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܗ: ܘܐܣܠܝܘ ܘܙܒܢܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ: ܕܠܐ ܢܡܛܘܢ ܠܐܝܩܪܐ ܕܩܕܡ ܐܡܪܬ ܠܟ܀

ܘܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ: ܐܝܟܢܐ ܢܛܥܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܘܝ ܗܘܐ ܢܛܝܪ ܠܗܘܢ. ܘܐܝܟܢܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 v° b] — 18 ܒܐܢܚܬܐ. — 20 ܘܙܒܢܐ. — Ib. ܘܬܫܒܘܚܬܐ. — 22 ܢܛܥܝܢ.

[a] *Tunc enim elegerunt sibi tempus istud, quod extra angustias praeterire non potest*] Ryssel et antea iam Charles legunt ܠܐ ܓܒܘ et transferunt : *tunc enim non elegerunt sibi tempus carens angustiis, quod praeterire nequit*... sed textus syriacus etiam sine emendatione apertus est, sc. : electo tempore vitae praesentis, quod sine angustiis praeterire non potest (ܕܢܥܒܪ dependet a ܡܫܟܚ) elegerunt sibi tempus cuius exitus aerumnis plenus est. —

[b] *et tempus gloriae*] legens cum Ryssel ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܘܙܒܢܐ, dum Codex ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܘܙܒܢܐ legit, cum autem reiectio temporis per se sensu careat, melius est ܕܬܫܒܘܚܬܐ legere. — [c] *obliviscemur*] lego cum Ryssel ܢܛܥܝܢ, nam in subsequentibus verba *lugemus, flemus* aperte insinuant subiectum participii ܛܥܝܢ (quod legit codex) non esse *eos, quibus vae servatum est,* sed potius verba illa obiectum esse participii ܢܛܥܝܢ.

ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܬܐܒܠܝܢܢ ܬܘܒ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܝܬܝܢ. ܐܘ ܠܡܢܐ ܒܟܝܢܢ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܙܠܝܢ ܠܫܝܘܠ. ܢܬܢܛܪܘܢ ܐܠܝܬܐ ܠܫܘܪܝܗ ܕܗܘ ܬܫܢܝܩܐ ܕܥܬܝܕ: ܘܢܬܬܣܝܡܢ ܕܡܥܐ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܗܘ ܐܒܕܢܐ ܕܙܒܢܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܠܘܩܒܠ ܗܠܝܢ ܐܡܪ. ܘܙܕܝܩܐ ܡܢܐ ܢܥܒܕܘܢ ܗܫܐ. ܚܕܘ ܒܚܫܐ ܕܚܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܫܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܚܝܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܡܦܘܠܬܗܘܢ ܕܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ. ܛܝܒܘ ܢܦܫܬܟܘܢ ܠܡܕܡ ܕܡܛܝܪ ܠܟܘܢ: ܘܥܬܕܘ ܢܦܫܬܟܘܢ ܠܐܓܪܐ ܕܣܝܡ ܠܟܘܢ. ܘܟܕ ܐܡܪܬ ܗܠܝܢ: ܕܡܟܬ ܬܡܢ.

ܘܚܙܝܬ ܚܙܘܐ: ܘܗܐ ܥܢܢܐ ܚܕܐ ܣܠܩܐ ܗܘܬ ܡܢ ܝܡܐ ܪܒܐ ܛܒ: ܘܚܙܐ ܗܘܝܬ ܠܗ. ܘܗܐ ܡܠܝܐ ܗܘܬ ܡܝܐ ܚܘܪܐ ܘܐܘܟܡܐ: ܘܓܘܢܐ ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܒܡܝܐ ܗܠܝܢ ܘܐܝܟ ܕܡܘܬܐ ܕܒܪܩܐ ܪܒܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܐ ܒܪܝܫܗ. ܘܚܙܝܬܗ ܠܥܢܢܐ ܗܝ ܕܥܒܪܐ ܡܣܪܗܒܐܝܬ ܒܪܗܛܐ ܩܠܝܠܐ: ܘܚܦܬܗ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܫܪܝܬ ܗܘܬ ܥܢܢܐ ܗܝ ܡܡܛܪܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܡܝܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܚܙܝܬ ܕܠܐ ܗܘܐ ܚܕܐ ܗܘܬ ܕܡܘܬܗܘܢ ܕܡܝܐ ܗܠܝܢ ܕܢܚܬܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ. ܒܩܕܡܝܐ

vatum est? [2] Et cur ergo lugemus iterum eos, qui moriuntur? Aut cur flemus eos qui abeunt in infernum? [3] Reserventur lamentationes initio tormenti illius, quod futurum est, et reponantur lacrimae ad adventum exitii temporis illius. [4] Sed etiam adversus ista loquar [a]. [5] Et iusti quid faciunt nunc? [6] [Delectemini in passionibus, quas patimini nunc. Cur enim respicitis in declinationem inimicorum vestrorum? [7] Praeparate animam vestram ad ea, quae vobis reservata sunt, et parate animas vestras ad mercedem, quae reposita est vobis.] [8] Et cum haec dixissem, obdormivi ibi.

LIII. Et vidi visionem; et ecce nubes una ascendebat de mari magno valde, et intuebar eam, et ecce plena erat aquis albis et nigris et colores multi erant in aquis istis et tamquam similitudo fulguris magni apparebat in extremitate eius. [2] Et vidi nubem illam, quae transibat velociter cursibus celeribus et cooperuit totam terram. [3] Et factum est post haec, inceperat nubes illa pluere super terram aquas, quae erant in ipsa. [4] Et vidi non unam esse similitudinem aquarum, quae descendebant de ea. [5] Primo enim initio nigrae

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 v° *b* et *c*] — 10 ܘܣܢܐܝܟܘܢ.

[a] *adversus ista loquatur*] Ryssel : *das Entgegengesetzte will ich sagen*, non omnino recte, forte interpretandum est : *sed dicam e contrario*. — [b] Verba uncinis inclusa ad exhortationem aliquam pertinere videntur; cfr supra XLVII, 48 sqq.

erant valde[a] usque ad tempus, et postea vidi aquas fieri lucidas, sed non erant multae, et postea iterum vidi nigras et postea iterum lucidas et iterum nigras et iterum lucidas. [6] Hoc autem factum est usque ad duodecim vices, sed nigrae plures erant semper, quam lucidae. [7] Et fuit in fine nubis, et ecce pluit aquas nigras, et tenebrosae erant magis, quam omnes aquae priores, et ignis mistus erat in eis et, ubi descendebant aquae illae, afferebant corruptionem et exitium. [8] Et vidi post haec fulgur, quod videram in extremitate nubis, quod eam apprehendit et detraxit usque ad terram[b]. [9] Maxime autem illuxerat fulgur istud, ita ut illuminaret terram, et sanaret illas regiones, ubi descenderant aquae postremae et perniciem attulerant. [10] Et occupabat totam terram et dominatum est eius. [11] Et vidi post haec, et ecce duodecim fluvii ascendebant de mari et circumdabant fulgur illud et ei suberant. [12] Et ego prae timore meo evigilavi.

ܓܝܪ ܩܕܡܝܬܐ ܐܘܟܡܝܢ ܗܘܘ ܛܒ ܠܙܒܢܐ ܠܒܬܪܟܢ. ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܚܙܝܬ ܕܢܗܝܪܝܢ ܗܘܘ ܡܝܐ: ܐܠܐ ܠܐ ܣܓܝܐܝܢ ܗܘܘ. ܡܢ ܒܬܪ ܬܘܒ ܚܙܝܬ ܐܘܟܡܐ ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܘܒ ܢܗܝܪܐ. ܘܬܘܒ ܐܘܟܡܐ ܘܬܘܒ ܢܗܝܪܐ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܬ ܥܕܡܐ ܠܬܪܬܥܣܪܐ ܙܒܢܝܢ. ܐܠܐ ܐܘܟܡܐ ܣܓܝܐܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠܙܒܢ ܡܢ ܢܗܝܪܐ. ܘܗܘܐ ܒܫܘܠܡܗ ܕܥܢܢܐ: ܘܗܐ ܐܡܛܪܬ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܘܚܫܘܟܝܢ ܗܘܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܝܐ ܗܠܝܢ ܩܕܡܝܐ ܘܢܘܪܐ ܡܚܠܛܐ ܗܘܬ ܒܗܘܢ. ܘܐܝܟܐ ܕܢܚܬܝܢ ܗܘܘ ܡܝܐ ܗܠܝܢ: ܚܒܠܐ ܗܘܘ ܡܝܬܝܢ ܘܐܒܕܢܐ. ܘܚܙܝܬ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܠܗܘ ܒܪܩܐ ܕܚܙܝܬ ܗܘܝܬ ܒܪܫܗ ܕܥܢܢܐ ܕܐܚܕܗ ܘܐܚܬܗ ܠܘܬ ܐܪܥܐ. ܡܛܠ ܕܐܢܗܪ ܕܝܢ ܛܒ ܗܘܐ ܒܪܩܐ ܗܘ: ܐܝܟ ܕܢܢܗܪ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܘܐܣܐ ܠܗܠܝܢ ܐܬܪܘܬܐ ܐܝܟܐ ܕܢܚܬܘ ܡܝܐ ܐܚܪܝܐ ܘܡܚܒܠܘ. ܘܐܚܕ ܗܘܐ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ ܘܐܫܬܠܛ ܒܗ. ܘܚܙܝܬ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܘܗܐ ܬܪܥܣܪ ܢܗܪܘܬܐ ܣܠܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܝܡܐ ܘܡܚܕܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܗܘ ܒܪܩܐ ܘܡܫܬܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܐܢܐ ܡܢ ܕܚܠܬܝ ܐܬܬܥܝܪܬ.

ORATIO BARUCH.

LIV. Et obsecravi fortissimum et dixi : Tu, Domine, solus praenosti cel-

ܨܠܘܬܐ ܕܒܪܘܟ

ܘܒܥܝܬ ܡܢ ܚܝܠܬܢܐ ܘܐܡܪܬ: ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܠܒܠܚܘܕܝܟ ܡܩܕܡ ܐܢܬ ܝܕܥ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 262 v° c — f° 263 r° a] — 6 ܒܟܠܙܒܢ. — 7 ܣܓܝܐܝܢ (sic.) — 18 ܘܡܚܒܠܘ. — 16 ܕܢܢܗܪ.

[a] *Primo enim nigrae erant valde*] Ryssel pro ܐܘܟܡܝܢ legit ܣܓܝܐܝܢ : *Den für den ersten Anfang war es* (nempe aqua) *schwarz und viel*; haec autem emendatio non est omnino necessaria, etiamsi aquis nigris opponantur lucidae, « quae non fuerint multae ». — [b] Cfr. Matt. xxiv, 27.

ܪ̈ܘܡܘܗܝ ܕܥܠܡܐ: ܘܡܕܡ ܕܒܙܒܢ̈ܐ ܓܕܫ ܡܝܬܐ ܐܢܬ ܒܡܠܬܟ. ܘܠܘܩܒܠ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ ܕܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܐܪܥܐ ܡܣܪܗܒ ܐܢܬ ܪ̈ܫܝܗܘܢ ܕܙܒ̈ܢܐ: ܘܫܘܠܡܗܘܢ ܕܕܪ̈ܐ ܐܢܬ ܒܠܚܘܕܝܟ ܝܕܥ ܐܢܬ. ܗܘ ܕܡܕܡ ܠܐ ܥܛܠ ܠܗ: ܐܠܐ ܟܠ ܡܕܡ ܒܫܦܝܘܬ ܒܪܡܙܐ ܥܒܕ ܐܢܬ. ܗܘ ܕܥܘܡ̈ܩܐ ܐܝܟ ܪ̈ܘܡܐ ܐܬܝܢ ܠܟ: ܘܪ̈ܫܝ ܥܠܡ̈ܐ ܠܡܠܬܟ ܡܫܡܫܝܢ. ܗܘ ܕܓܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܚܠܝܢ ܠܟ ܡܕܡ ܕܡܛܝܒ ܠܗܘܢ: ܕܡܢ ܗܪܟܐ ܬܒܝܐ ܐܢܘܢ. ܡܚܘܐ ܓܢܒܪ̈ܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ: ܦܪܨ ܣܝܓܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܕܥܝܢ. ܘܡܢܗܪ ܚܫܘܟ̈ܬܐ ܘܓܠܐ ܟܣ̈ܝܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܠܐ ܡܘܡ ܐܢܘܢ: ܐܝܠܝܢ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܫܬܥܒܕܘ ܠܟ ܘܠܢܡܘܣܟ. ܐܢܬ ܚܘܝܬ ܠܥܒܕܟ ܚܙܘܐ ܗܢܐ: ܓܠܐ ܠܝ ܐܦ ܦܘܫܩܗ. ܝܕܥ ܐܢܐ ܓܝܪ ܕܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܝܬ ܡܢܟ ܢܣܒܬ ܦܬܓܡܐ ܡܛܠ ܡܕܡ ܕܒܥܝܬ ܓܠܝܬ ܠܝ. ܘܐܘܕܥܬ ܒܐܝܢܐ ܩܠܐ ܐܫܒܚܟ: ܐܘ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܗܕ̈ܡܐ ܐܣܩ ܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܗܘܠܠܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܗܘܘܢ ܗܕ̈ܡܝ ܦܘ̈ܡܐ: ܘܡܙ̈ܠܐ ܕܪܫܝ ܩܠ̈ܐ: ܐܦ ܠܐ ܗܟܢܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܬܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ ܐܘ ܕܐܫܒܚܟ ܐܝܟ ܕܝܐܐ ܘܠܐ ܬܫܒܘܚܬܟ

situdines aevi, et quod in temporibus contingit, adducis verbo tuo, et contra opera habitatorum terrae acceleras initia temporum, et finem aetatum tu solus nosti, [2] cui nihil difficile est, sed omnia facile, nutu efficis; [3] ad quem[a] profunda sicut excelsa conveniunt et initia saeculorum verbo tuo ministrant, [4] qui revelas timentibus te, quod paratum est eis, ut abhinc consoleris eos; [5] indicas fortitudines illis, qui nesciunt, disrupis sepem ignaris et illuminas tenebrosa et revelas abscondita immaculatis, qui fide subiecerunt se tibi et legi tuae : [6] tu ostendisti servo tuo visionem hanc; aperi mihi etiam interpretationem eius. [7] Scio enim me de his quae postulavi a te accepisse responsum, et id quod postulavi, te mihi revelasse et indicasse mihi, quanam voce laudarem te aut ex quibus membris ascendere facerem ad te hymnum et laudationem. [8] Si enim essent membra mea ora et capilli capitis mei voces, neque ita possem reddere tibi laudem, aut celebrare te sicut decet, neque laudem tuam possem enarrare, aut dicere magnificentiam decoris tui! [9] Quid enim ego sum inter homines, aut quid computor ego cum eis, qui prae-

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 r° *a* et *b*] — 11 ܓܢܒܪ̈ܘܬܐ.

[a] *ad quem*] Ryssel initio sententiae ܐܢܬ excidisse putat tum ante ܕܥܛܠ ܗܘ tum ante ܕܡܕܡ et post ܕܕܚܠܝܢ legit ܠܟ pro ܠܗ; haec omnia superflua sunt, cfr. Nöldeke *op. cit.* § 350 B. Nemo non novit Syros in enuntiatis relativis ad personam 2. sing. pertinentibus personam 3. pro 2. substituere. Exempla plurima affert Nöldeke, quae consulere velis.

stantiores me sunt, quia audivi mirabilia ista omnia ab Altissimo, et annuntiationes infinitas ab eo, qui me creavit? [10] Beata mater mea in genetricibus et laudabitur in mulieribus genitrix mea. [11] Ego autem non tacebo laudare Fortissimum, sed voce laudis enarrabo mirabilia eius. [12] Ecquis enim assimilabitur in mirabilibus tuis, Deus, aut quis comprehendet profundam cognitionem tuam.... vitae*? [13] Tu enim consilio tuo gubernas omnes creaturas, quas creavit dextera tua, et tu omnem fontem lucis apud te constituisti et thesauros sapientiae sub throno tuo praeparasti. [14] Et iuste pereunt illi, qui non dilexerunt legem tuam, et tormentum iudicii excipiet eos, qui subiecti non fuerunt potestati tuae. [15] Si enim Adam prior peccavit et induxit mortem super omnes qui tempore eius non erant : attamen etiam illi, qui ex eo nati sunt, unusquisque ex eis praeparavit animae suae tormentum futurum; et iterum unusquisque ex eis elegit sibi gloriam futuram. [16] [Vere enim, qui credit accipiet mercedem. [17] Nunc autem redite ad corruptionem impii, qui nunc

ܡܥܫܢܝܢ ܐܢܐ ܕܐܡܠܠ ܐܘ ܕܐܡܪ ܬܘܕܝܬܐ ܕܫܘܒܚܟ. ܡܛܠ ܓܝܪ ܐܢܐ ܟܒܪܢܫܐ: ܐܘ ܡܛܠ ܫܡܥܬ ܐܢܐ ܒܗܠܝܢ ܕܬܕܡܪ̈ܬܐ ܡܢ ܕܥܠܝܐ ܗܠܝܢ ܘܣܒܪ̈ܬܐ ܠܡܬܡܢܘܬܐ ܡܢ ܡܢܝܢܐ: ܘܡܬܚܫܒܢܐ ܕܠܐ ܡܬܡܠܝܢ ܡܢ ܗܘ ܕܒܪܢܝ. ܛܘܒܝܗ ܠܐܡܝ ܒܝܠܘܕܬܐ: ܘܬܫܬܒܚ ܒܢܫ̈ܐ ܝܠܕܬܝ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܬܘܩ ܕܐܫܒܚ ܠܚܝܠܬܢܐ: ܐܠܐ ܒܩܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܐܫܬܥܐ ܬܕܡܪ̈ܬܗ. ܘܡܢܘ ܓܝܪ ܡܬܕܡܐ ܒܬܕܡܪ̈ܬܟ ܐܠܗܐ. ܐܘ ܡܢܘ ܡܕܪܟ ܡܚܫܒܬܟ ܥܡܝܩܬܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܐܝܟ ܓܝܪ ܒܬܪܥܝܬܟ ܡܕܒܪܢܐ ܟܠ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܒܪܬ ܝܡܝܢܟ: ܘܐܢܬ ܟܠ ܡܒܘܥܐ ܕܢܘܗܪܐ ܠܘܬܟ ܐܩܝܡܬ: ܘܐܘܨܪ̈ܐ ܕܚܟܡܬܐ ܬܚܝܬ ܟܘܪܣܝܟ ܛܝܒܬ. ܘܟܐܢܐܝܬ ܐܒܕܝܢ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܐܚܒܘ ܠܢܡܘܣܟ: ܘܬܫܢܝܩܐ ܕܕܝܢܐ ܢܩܒܠ ܠܗܠܝܢ ܕܠܐ ܐܫܬܥܒܕܘ ܠܫܘܠܛܢܟ. ܐܢ ܐܕܡ ܓܝܪ ܩܕܡܝ ܚܛܐ ܘܐܝܬܝ ܡܘܬܐ ܥܠ ܟܠ ܕܠܐ ܒܙܒܢܗ: ܐܠܐ ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܐܬܝܠܕܘ ܡܢܗ: ܟܠ ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܛܝܒ ܠܢܦܫܗ ܬܫܢܝܩܐ ܕܥܬܝܕ. ܘܬܘܒ ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܓܒܐ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܬܝܕܐ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܓܝܪ ܗܘ ܕܡܗܝܡܢ ܢܣܒ ܐܓܪܐ: ܗܫܐ ܕܝܢ ܦܢܘ ܠܚܒܠܐ: ܥܘܠܐ ܕܗܫܐ: ܡܛܠ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 r° *b* et *c*]

* *profundam cognitionem tuam... vitae*] Aliquid excidisse suspicor. Ryssel : *oder wer erfasst deine tiefen Gedanken, die voll Leben sind,* ponens ribui super ܡܚܫܒܬܟ ܥܡܝܩܬܐ; attamen vocabulum *voll* ܡܠܝܐ deest in textu syriaco. Charles textum Syriacum sic interpretatur : *who comprehendeth Thy deep thought of life.*

ܘܡܪ̈ܝܪܐܝܬ ܡܬܦܩܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܙܒܢ ܐܣܠܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ ܣܘܟܠܬܢܘܬܗ ܕܡܪܝܡܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܠܦܘܟܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ: ܐܘ ܠܐ ܐܦܝܣܬܟܘܢ ܐܘܡܢܘܬܐ ܕܒܪܝܬܗ ܕܒܟܠܙܒܢ. ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܟܝܠ ܐܕܡ ܥܠܬܐ ܐܠܐ ܠܢܦܫܗ ܒܠܚܘܕ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܐܢܫ ܗܘܐ ܠܢܦܫܗ ܐܕܡ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܓܠܝܬ ܠܝ: ܦܫܘܩ ܠܝ: ܘܥܠ ܡܕܡ ܕܒܥܝܬ ܡܢܟ ܐܘܕܥܢܝ. ܒܫܘܠܡܗ ܓܝܪ ܕܥܠܡܐ ܬܒܥܬܐ ܗܘܝܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܥܘܠܘ ܐܝܟ ܥܘܠܗܘܢ: ܘܬܫܒܚ ܐܢܬ ܠܡܗܝܡܢܐ ܐܝܟ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ. ܠܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܒܝܢܬܟ ܐܢܘܢ: ܐܢܬ ܡܕܒܪ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܚܛܝܢ ܚܛܐ ܐܢܬ ܡܢ ܕܝܠܟ܀

ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡܬ ܠܡܡܠܠܘ ܡܠܘܗܝ ܕܨܠܘܬܐ ܗܕܐ: ܝܬܒܬ ܬܡܢ ܬܚܝܬ ܐܝܠܢܐ ܕܐܬܢܝܚ ܒܛܠܠܐ ܕܣܘܟܐ. ܘܡܬܕܡܪ ܗܘܝܬ ܘܡܬܬܡܗ ܘܡܬܪܢܐ ܒܡܚܫܒ̈ܬܝ ܥܠ ܣܘܓܐܐ ܕܛܒܘܬܐ ܕܐܣܠܝܘ ܡܢܗܘܢ ܚܛܝ̈ܐ ܕܥܠ ܐܪܥܐ ܘܥܠ ܬܫܢܝܩܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܣܪܘ ܒܗܘܢ ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܕܡܬܫܢܩܝܢ ܥܠ ܕܚܛܝܢ. ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܕܡܝܢ ܠܗܝܢ ܡܬܪܢܐ ܗܘܝܬ: ܗܐ ܐܫܬܠܚ ܠܘܬܝ

estis, quia acerbe visitabimini, qui aliquando reiecistis intelligentiam Altissimi. [18]Non enim docuerunt vos opera eius [a] neque persuasit vobis artificium creaturae eius sempiternum [b].] [19] Non est itaque Adam causa, nisi sibi tantum; nos vero omnes, quisque sibi factus est Adam. [20] Tu autem, Domine, ea quae revelasti mihi, declara mihi, et de eo, quod postulavero a te, indica mihi. [21] In fine enim mundi vindicta erit de eis, qui improbe egerunt iuxta improbitatem ipsorum, et glorificabis fideles iuxta fidem eorum. [22] Eos enim, qui inter tuos sunt, tu dirigis, et eos, qui peccant, deles a tuis.

LV. Et factum est, cum consummassem loqui verba orationis huius, consedi ibi subtus arborem ut requiescerem in umbra ramorum eius. [2] Et admirabar et stupebam et recogitabam cogitationibus meis de multitudine bonitatis, quam reiecerunt a se peccatores, qui sunt super terram, et de tormento multo, quod contempserunt, cum scirent se cruciatum iri, eo quod peccant. [3] Et cum ista et his similia cogitarem, ecce missus est ad me Ramiel [c] angelus,

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 r° c] — 2 ܐܣܠܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ.

[a] *non enim docuerunt vos opera eius*] Cum Ryssel lego ܐܠܦܘܟܘܢ, Codex legit ܐܠܦܟܘܢ non enim *docuit vos* opera sua, quod spectato contextu caret sensu. — [b] Verba uncinis inclusa 16-18 falso huc introducta esse videntur, ad exhortationem aliquam pertinent ad populum habitam. — [c] *Ramiel*] Cfr. Henoch Aeth. xx, 7; IV Ezdrae iv, 36; Oracula Sibyllina II, 215-217.

qui praeest visionibus veris, et dixit mihi : [4] Cur conturbat te cor tuum, Baruch, et cur commovet te cogitatio tua. [5] Si enim auditione audita solummodo de iudicio tantopere [a] commotus es : quid, cum videbis illud apertis oculis? [6] Et si expectatione, qua expectas diem Fortissimi, tantopere dissolutus es : quid cum perveneris ad adventum eius? [7] Et si verbo rumoris cruciatus illorum, qui deliquerunt, adeo turbatus es : quanto magis, quando ipsum factum [b] revelabit mirabilia? [8] Et si nomina bonorum et infortuniorum tunc venientium audisti et angustiatus es : quid cum videbis id, quod revelat maiestas, quae hos redarguet et illos laetificabit?

LVI. Verumtamen quia obsecrasti Altissimum, ut revelaret tibi interpretationem visionis, quam vidisti, missus sum ego, ut dicam tibi. [2] Quia indicans indicavit tibi Fortissimus rationem temporum, quae praeterierunt, et quae futurum est, ut praetereant in mundo eius ab initio creationis eius et usque ad consummationem eius [c], eorum,

ܪܡܐܝܠ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܥܠ ܚܙܘ̈ܢܐ ܫܪܝܪ̈ܐ ܘܐܡܪ ܠܝ: ܠܡܢܐ ܡܕܠܚ ܠܟ ܠܒܟ ܒܪܘܟ: ܘܠܡܢܐ ܡܫܓܫܐ ܠܟ ܡܚܫܒܬܟ. ܐܢ ܓܝܪ ܫܡܥܬܐ ܗܝ ܫܡܥܬ ܒܠܚܘܕ ܕܕܝܢܐ ܗܟܢܐ ܐܬܬܙܝܥܬ: ܡܢܐ ܟܕ ܬܚܙܝܘܗܝ ܒܥܝ̈ܢܝܟ ܒܓܠܐ. ܘܐܢ ܡܢ ܣܘܟܝܐ ܕܡܣܟܐ ܐܢܬ ܠܝܘܡܗ ܕܚܝܠܬܢܐ: ܗܟܢܐ ܐܬܪܦܝܬ: ܡܢܐ ܟܕ ܡܛܝܬ ܐܝܟ ܠܡܐܬܝܬܗ. ܘܐܢ ܥܠ ܡܠܬܐ ܕܫܘܥܝܐ ܕܬܫܢܝܩܐ ܕܐܠܝܢ ܕܚܛܘ ܗܟܢܐ ܐܬܥܟܪܬ: ܟܡܐ ܡܟܝܠ ܟܕ ܗܘ ܥܒܕܐ ܢܓܠܐ ܬܕܡܪ̈ܬܐ. ܘܐܢ ܫܡܗ̈ܐ ܕܛܒ̈ܬܐ ܘܕܒܝ̈ܫܬܐ ܕܐܬ̈ܝܢ ܗܝܕܝܢ ܫܡܥܬ ܘܐܬܥܩܬ: ܡܢܐ ܟܕ ܬܚܙܐ ܡܕܡ ܕܡܓܠܝܐ ܪܒܘܬܐ: ܕܠܗܠܝܢ ܡܟܣܐ ܘܠܗܠܝܢ ܡܚܕܝܐ.

ܒܪܡ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܒܥܝܬ ܡܢ ܡܪܝܡܐ ܕܢܓܠܐ ܠܟ ܦܘܫܩܗ ܕܚܙܘܐ ܕܚܙܝܬ: ܐܫܬܠܚܬ ܐܢܐ ܕܐܡܪ ܠܟ: ܕܡܘܕܥܘ ܐܘܕܥܟ ܚܝܠܬܢܐ ܕܘܒܪ̈ܐ ܕܙܒܢ̈ܐ ܕܥܒܪܘ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܥܒܪܘܢ ܒܥܠܡܗ: ܡܢ ܪܫ ܒܪܝܬܗ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܗ: ܕܐܝܠܝܢ ܕܟܕܒܘܬܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܟܐܢܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܚܙܝܬ ܥܢܢܐ ܐܘܟܡܐ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 r° c — f° 263 v° a] — 8 ܗܘܝܬ. — 22 ܒܪܝܬܗ.

[a] Cum Ceriani, Charles, Ryssel legi ܘܗܘܝܬ pro ܗܘܝܬ Codicis; forte tamen omissio litterae ܘ errori translatoris textus syriaci adscribenda est, qui genitivum absolutum textus graeci inepte reproduxit. — [b] *ipsum factum*] Ryssel vertit : *wenn sein thun die Wunderwerke offenbaren wird,* legens ܥܒܕܗ, at ipso Ryssel fatente etiam ܥܒܕܐ textus syriaci sensum sanum admittit. — [c] *creationis eius usque ad consummationem eius*] Ribui codicis super ܒܪܝܬܗ delendum est; reliqua Charles recte interpretatus est dicens : ... And the Mighty One hath assuredly made known the methods of the times that have passed, and those that are destined to pass in his world from the biginning of its creation even unto its consum-

ܕܫܒܝܠܗ ܡܢ ܫܪܝܐ ܘܐܪܟܐ ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܠܐܘܪܚܐ: ܗܟܢ ܐܘܪܟܗ ܕܥܠܡܐ ܗܘ ܕܒܪܐ ܚܝܠܬܢܐ: ܟܕ ܐܬܚܫܒ ܕܢܥܒܕ ܥܠܡܐ. ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܢܦܩܬ ܗܘܬ ܡܠܬܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ: ܩܡ ܗܘܐ ܐܘܪܟܗ ܕܥܠܡܐ ܡܕܡ ܙܥܘܪ: ܘܐܬܬܣܝܡ ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ ܕܣܘܟܠܗ ܕܗܘ ܕܫܕܪܗ. ܘܐܝܟ ܕܚܙܝܬ ܩܕܡܝܬ ܒܫܘܪܝܐ ܕܥܢܢܐ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܕܩܕܡܝܬ ܢܚܬܘ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܗܝ ܗܝ ܡܥܒܪܢܘܬܐ ܕܥܒܪ ܐܕܡ ܒܪܢܫܐ ܩܕܡܝܐ. ܡܛܠ ܓܝܪ ܕܟܕ ܥܒܪ ܡܘܬܐ ܕܠܐ ܒܙܒܢܗ ܗܘܐ ܘܐܒܠܐ ܐܫܬܡܗ ܘܟܪܝܘܬܐ ܐܬܛܝܒܬ ܘܟܐܒܐ ܐܬܒܪܝ: ܘܥܡܠܐ ܐܫܬܡܠܝ: ܘܫܘܒܗܪܐ ܫܪܝ ܕܢܬܩܝܡ: ܘܫܝܘܠ ܫܐܠܐ ܕܢܬܚܕܬ ܒܕܡܐ: ܘܡܘܠܕܐ ܕܒܢܝܐ ܗܘܐ: ܘܚܡܝܡܘܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܐܬܥܒܕ: ܘܪܒܘܬܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܐܬܡܟܟܬ: ܘܛܝܒܘܬܐ ܚܡܬ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܕܐܘܟܡ ܗܘܐ ܐܘ ܕܚܫܟ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܚܫܟ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ؛ ܗܢܘ ܫܘܪܝܗܘܢ ܘܡܢܝܢܐ ܐܬܩܛܠ ܕܚܙܝܬ. ܡܢ ܗܠܝܢ

quae fraudulenter, et eorum, quae veraciter [se habent]. [3] Quemadmodum enim vidisti nubem magnam, quae ascendit de mari et abiit et cooperuit terram : haec est longitudo saeculi, quam fecit Fortissimus, cum cogitasset facere saeculum. [4] Et factum est, cum exisset verbum a conspectu eius, steterat[a] longitudo saeculi, res quaedam parva, et constituta est iuxta multitudinem intelligentiae eius, qui misit illam. [5] Et sicut vidisti prius in principio nubis aquas nigras, quae prius descenderunt super terram : ipsa est praevaricatio, qua praevaricatus est Adam, homo primus. [6] Quoniam enim cum transgressus esset, facta est mors praeter tempus suum et luctus nominari (coepit) et tristitia parata est et dolor creatus est et labor perfectus est et iactantia stabiliri coepit et Hades postulare[b], ut innovaretur in sanguine, et susceptio filiorum fuit et fervor parentum factus est et maiestas humanitatis humiliata est et benignitas elanguit. [7] Quid ergo nigrius

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 v° *a* et *b*] — 7 ܘܐܬܣܝܡ.

mation... referens suffixum in ܒܪܝܬܗ et ܥܠܡܗ ad mundum; Ryssel contra : von Anfang seiner Schöpfung an bis zu ihrem Ende, suffixum in ܒܪܝܬܗ ad Deum referens, unde suffixum alterum ad ܒܪܝܬܗ referre cogitur et legere ܫܘܠܡܗ cum suffixo fem. 3. p.

[a] *steterat*] Ceriani, Charles, Ryssel corrigunt ܘܐܬܬܣܝܡ pro ܘܐܬܣܝܡ; scriba ܬ omisisse videtur. 56, 6. Scriptionem archaisticam ܐܬܦܩܕܬ in textu retinui. Cfr. Nöldeke *op. cit.* § 50 B. Si Ryssel in nota ad v. observat « An ܐܬܦܩܕܬ ist das ܬ überflüssig », haec eius observatio vera est si de codicibus modernis agitur. — [b] *et Hades postulare*] Ryssel, qui verba ܫܝܘܠ ܫܐܠܐ initium novi enuntiati falso existimat, ܫܐܠܐ ܕ legere cogitur et participium ܫܐܠܐ praedicativum appellat; prorsus falso, nam verba ܫܪܝ et ܫܐܠܐ ostendunt ea cum ܫܐܠܐ ܫܪܝ coordinata esse; tunc enim ܘ careret sensu. An alia suppositio Charles, quod scilicet ܒܕܡܐ ܘܒܣܪܐ ܕܢܬܚܕܬ legendum sit, vera haberi debeat, nescio; Iudaei posteriores quidem phrasi בשר ודם « caro et sanguis » hominem designabant; sed locutio : *sanguine renovari voluit* de Hade accepta per se aperta est.

aut tenebrosius istis poterat esse? [8] Hoc est initium aquarum nigrarum, quas vidisti. [9] Et ex istis nigris iterum nigrae gignebantur, et tenebrae tenebrarum factae sunt. [10] Ipse enim qui animae suae fuit periculum etiam Angelis factus est periclitatio. [11] Item enim eo tempore, quo creatus est, libertatem habebant [12] et quidam eorum descenderunt et commixti sunt cum mulieribus. [13] Et tunc illi, qui sic fecerant, in vinculis cruciati sunt. [14] Reliqua autem multitudo angelorum, quorum [non] erat numerus*, se continuerunt. [15] Et illi, qui habitabant in terra, perierunt simul per aquas diluvii. [16] Istae sunt aquae primae nigrae.

LVII. Et post has vidisti aquas lucidas : hic est ortus Abrahae generationes quoque eius et adventus filii eius et filii filii eius et eorum, qui similes sunt eis. [2] Quia illo tempore non scripta lex apud eos nominabatur et opera praeceptorum tunc complebantur et fides iudicii futuri tunc gignebatur et spes mundi, qui innovabitur, tunc aedificabatur et promissio vitae, quae postea veniet, plantabatur. [3] Hae sunt aquae lucidae, quas vidisti.

LVIII. Et aquae tertiae nigrae, quas vidisti, haec est permixtio omnium pec-

ܐܘ̈ܟܡܐ ܬܘܒ ܐܘ̈ܟܡܐ ܡܬܝܠ̈ܕܝܢ ܗܘܘ: ܘܚܫܘܟܐ ܕܚܫܘܟܐ ܐܬܥܒܕ. ܗܘ ܓܝܪ ܠܢܦܫܗ ܗܘܐ ܡܚܒܠܢܘܬܐ: ܐܦ ܠܡܠܐܟ̈ܐ ܗܘܐ ܡܚܒܠܢܘܬܐ. ܐܦ ܓܝܪ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܬܒܪܝ ܒܗ: ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܚܐܪܘܬܐ: ܘܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܘܐܬܚܠܛܘ ܥܡ ܢܫ̈ܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܘ ܗܟܢ: ܒܐܣܘܪ̈ܐ ܐܬܫܢܩܘ. ܫܪܟܐ ܕܝܢ ܕܣܘܓܐܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܕܡܢܝܢ [ܠܐ] ܠܗܘܢ ܐܬܟܠܝܘ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܐ ܐܟܚܕܐ ܐܒܕܘ ܒܡ̈ܝܐ ܕܛܘܦܢܐ. ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܡ̈ܝܐ ܩܕܡ̈ܝܐ ܐܘ̈ܟܡܐ܀

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ: ܚܙܝܬ ܡ̈ܝܐ ܢܗܝܪ̈ܐ: ܗܢܘ ܡܘܠܕܗ ܕܐܒܪܗܡ ܐܦ ܬܘܠ̈ܕܬܗ ܘܡܐܬܝܬܗ ܕܒܪܗ ܘܕܒܪ ܒܪܗ ܘܕܐܝܠܝܢ ܕܕܡܝܢ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܠܐ ܟܬܝܒܐ ܢܡܘܣܐ ܠܘܬܗܘܢ ܡܫܬܡܗ ܗܘܐ: ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܦܘܩܕ̈ܢܐ ܗܝܕܝܢ ܡܫܬܡܠܝܢ ܗܘܘ: ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܕܕܝܢܐ ܕܥܬܝܕ ܗܝܕܝܢ ܡܬܝܠܕܐ ܗܘܬ: ܘܣܒܪܐ ܕܥܠܡܐ ܕܡܬܚܕܬ ܗܝܕܝܢ ܡܬܒܢܝܐ ܗܘܬ: ܘܡܘܠܟܢܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܬܝܐ ܡܬܢܨܒܐ ܗܘܬ. ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܡ̈ܝܐ ܢܗܝܪ̈ܐ ܕܚܙܝܬ܀

ܘܡ̈ܝܐ ܬܠܝܬܝ̈ܐ ܐܘ̈ܟܡܐ ܕܚܙܝܬ: ܗܢܘ ܚܠܛܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܛܗ̈ܐ ܕܡܢ ܒܬܪ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 v° b] — 18 ܟܬܝܒܐ. — 20 ܡܫܬܡܠܝܢ.

* 14. *quorum non est numerus*] Cum Charles, Ceriani Ryssel, addo ܠܐ post ܕܡܢܝܢ.

ܕܥܒܕܘ ܠܡܨܪ̈ܝܐ: ܡܢ ܟܠܗ̇ ܡܫܠܡܢܘܬܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܙܕܝ̈ܩܐ ܘܪܘܫܥܗ ܕܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܕܡܪܫܥܝܢ ܗܘܘ: ܒܫܥܒܘܕܐ ܕܡܫܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܒܢܝܗܘܢ ܕܗܢܘܢ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܐܒܕܘ ܠܐܚܪܝܬܐ܀

ܘܡܝ̈ܐ ܕܪܒܝܥܝܐ ܢܗܝܪ̈ܐ ܕܚܙܝܬ: ܗܝ ܗܝ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܘܫܐ ܘܕܐܗܪܘܢ ܘܕܡܪܝܡ ܘܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܕܟܠܒ ܘܕܟܠܗܘܢ ܐܝܟܝ ܕܕܡܝܢ ܠܗܘܢ. ܒܗܘ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܢܗܪܗ ܕܢܡܘܣܐ ܕܠܥܠܡ ܐܢܗܪ ܠܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܒܚܫܘܟܐ: ܕܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܢܘܕܥ ܡܘܠܟܢܗ ܕܐܓܪܗܘܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܟܦܪܝܢ ܠܫܢܕܐ ܕܢܘܪܐ ܕܡܛܝܒ ܠܗܘܢ. ܐܠܐ ܐܦ ܫܡܝܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܬܙܝܥܘ ܡܢ ܐܬܪܗܘܢ: ܘܕܬܚܝܬ ܟܘܪܣܝܐ ܕܚܝܠܬܢܐ ܐܬܬܙܝܥܘ: ܟܕ ܐܚܕ ܗܘܐ ܠܡܘܫܐ ܠܘܬܗ. ܚܘܝܗ ܓܝܪ ܦܘܩܕ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܥܡ ܕܡܟ̈ܬܐ ܕܢܡܘܣܐ ܘܫܘܠܡܐ ܕܙܒܢܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܟ. ܘܬܘܒ ܕܝܢ ܕܡܘܬܗ ܕܨܗܝܘܢ ܘܡܫܘܚܬܗ: ܕܡܬܥܒܕܐ ܠܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕ ܡܩܕܫܐ ܕܗܫܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܗܝܕܝܢ ܚܘܝܗ ܗܘܐ ܡܫܘܚܬܗ ܕܢܘܪܐ: ܐܦ ܠܥܘܡܩܗ ܕܬܗܘܡܐ ܘܡܬܩܠܗܝܢ ܕܪ̈ܘܚܐ: ܘܡܢܝܢܐ

catorum, quae postea patraverunt gentes post mortem iustorum illorum, et improbitas terrae Aegypti, qua improbe agebant in subiectione, qua subiiciebant filios illorum. [2]Verumtamen etiam ipsi perierunt demum.

LIX. Et aquae quartae lucidae, quas vidisti, hic est adventus Moysis et Aaron et Mariae et Iesu filii Nun et Caleb et omnium illis similium[a]. [2] Illo tempore lucerna legis aeternae illuxit omnibus, qui sedebant in tenebris, quae credentibus annunciaret promissionem mercedis eorum et incredulis tormentum ignis ipsis reservatum. [3] Sed et caeli illo tempore remoti sunt a loco suo, et qui sub throno Fortissimi erant, commoti sunt, quando receperat Moysen apud se. [4] Indicavit enim ei monita multa cum institutis legum et finem temporis[b], sicut etiam tibi, item autem similitudinem Sion et mensuras eius, quae facienda erat in similitudinem sanctuarii hodierni[c]. [5] Sed etiam tunc ostendit ei mensuras ignis et profunditates quoque abyssi, et pondus ventorum et numerum guttarum pluviae et repressionem irae et mul-

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 v° *b* et *c*]

[a] Ex. XXV, 40. — [b] *cum institutis legum et finem temporis*] Ryssel ܘܕܘܚ̈ܢܐ legendum esse proponit, interpretando : *Denn er kündigte ihm viele Mahnungen zugleich mit den Verhaltungsmassregeln des Gesetzes und das Ende der Zeiten.* — [c] *in similitudinem sanctuarii hodierni.*] Charles « whith a very slight change in the Syriac » interpretari vult : *In the pattern of which the sanctuary of the present time was to be made,* hanc mutationem textus Ryssel exponit putans ܕܒܕܡܘܬܗ ܥܒܕ ܡܩܕܫܐ legi debere, sed coniectio haec iam ideo falsa et superflua est, quia tunc etiam ܕܡܬܥܒܕ (in hoc casu enim refertur ad ܥܒܕ, quod masc. gen. est) legendum esset.

titudinem longanimitatis et veritatem iudicii [7] et radicem sapientiae et divitias intelligentiae et fontem scientiae [8] et altitudinem Aeris et magnitudinem Paradisi et finem saeculorum et initium diei iudicii[a] [9] et numerum oblationum et terras, quae nondum venerunt, [10] et os gehennae et foedus vindictae et regionem fidei et locum spei [11] et similitudinem tormenti futuri et multitudinem angelorum, quorum non est numerus, et virtutes flammae et splendorem fulgurum et vocem tonitruum et ordines archangelorum[b] et promptuaria lucis et mutationes temporum et investigationes legis. [12] Hae sunt aquae quartae lucidae, quas vidisti.

LX. Et aquae quintae nigrae, quas vidisti pluentes, ista sunt opera, quae faciebant Amorrhaei, et incantationes magiarum suarum, quas faciebant, et malitia[c] mysteriorum ipsorum et permixtio immunditiae eorum. [2] Sed etiam Israel inquinatus est peccatis diebus Iudicum[d], quando videbant signa multa, quae fiebant ab eo, qui fecit ipsos.

LXI. Et aquae sextae lucidae, quas vidisti, istud est tempus, quo natus est

ܕܢܛܦ̈ܬ ܡܛܪܐ: ܘܟܒܫܗ ܕܪܘܓܙܐ: ܘܣܘܓܐܐ ܕܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ: ܘܫܪܪܗ ܕܕܝܢܐ: ܘܥܩܪܗ ܕܚܟܡܬܐ: ܘܥܘܬܪܐ ܕܣܘܟܠܬܢܘܬܐ: ܘܡܒܘܥܐ ܕܝܕܥܬܐ ܘܪܘܡܗ ܕܐܐܪ: ܘܪܒܘܬܗ ܕܦܪܕܝܣܐ: ܘܫܘܠܡܗܘܢ ܕܥܠܡܐ: ܘܫܘܪܝ ܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܘܡܢܝܢܐ ܕܩܘܪ̈ܒܢܐ: ܘܐܪ̈ܥܬܐ ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܐܬܝ: ܘܦܘܡܗ ܕܓܗܢܐ ܘܩܝܡܐ ܕܬܒܥܬܐ: ܘܐܬܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܕܘܟܬܐ ܕܣܒܪܐ ܘܕܡܘܬܐ ܕܬܫܢܝܩܐ ܕܥܬܝܕ: ܘܣܘܓܐܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܕܡܢܝܢ ܠܝܬ ܠܗܘܢ: ܘܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ: ܘܙܘܗܪܗܘܢ ܕܒܪ̈ܩܐ: ܘܩܠܐ ܕܪ̈ܥܡܐ: ܘܛܟ̈ܣܐ ܕܪ̈ܫܝ ܡܠܐܟ̈ܐ: ܘܐܘܨܪ̈ܐ ܕܢܘܗܪܐ: ܘܫܘܚܠܦ̈ܐ ܕܙܒ̈ܢܐ: ܘܒܘܨ̈ܝܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܡ̈ܝܐ ܪ̈ܒܝܥܝܐ ܢܗܝܪ̈ܐ ܕܚܙܝܬ܀

ܘܡ̈ܝܐ ܚܡܝܫ̈ܝܐ ܐܘܟܡ̈ܐ ܕܚܙܝܬ ܕܡܡܛܪܝܢ: ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܥܒ̈ܕܐ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܐܡܘܪ̈ܝܐ ܘܠܚ̈ܫܬܐ ܕܚܪ̈ܫܝܗܘܢ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ: ܘܒܝ̈ܫܬܐ ܕܐܪ̈ܙܝܗܘܢ: ܘܚܘܠܛܐ ܕܛܢܦܘܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܐܦ ܐܝܣܪܝܠ ܐܬܛܢܦ ܗܘܐ ܒܚܛ̈ܗܐ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܕܕ̈ܝܢܐ: ܟܕ ܚܙܝܢ ܗܘܘ ܐܬ̈ܘܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܕܗܘܝܢ ܗܘܝ ܡܢ ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܢܘܢ܀

ܘܡ̈ܝܐ ܫܬܝܬ̈ܝܐ ܢܗܝܪ̈ܐ ܕܚܙܝܬ: ܗܢܘ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܬܝܠܕ ܒܗ ܕܘܝܕ ܘܫܠܝܡܘܢ

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 263 v° *c* — f° 264 r° *a*] — 9 ܘܫܘܢܩܐ. — 11 ܪܫܐ. — 14 ܘܒܘܨܝܐ. — 21 ܕܕܝܢܐ.

[a] Henoch Aeth. LXI, 1-4, LXX, 3 sq. — [b] *archangelorum*] corrigens cum Charles et Ceriani ܪ̈ܫܐ pro ܪܫܐ Codicis. Ceriani : *principatus angelorum*, quod falsum est, nam ܪܫܐ non id significat. — [c] *malitia*] in codice ܒܝ̈ܫܬܐ, quod tamen malui *malitia* reddere; forte ribui superfluum est, ut putat Ryssel. An vicissim ܒܝ̈ܫܘܬܗܘܢ legendum sit (Ryssel) ubi codex ribui non habet, improbabile est. — [d] *Iudicum*] recepta emendatione a Ceriani, Charles, Ryssel proposita ܕܕ̈ܝܢܐ pro ܕܕܝܢܐ quod legit Codex.

ܗܘܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܒܢܝܢܗ ܕܨܗܝܘܢ ܘܚܘܕܬܐ ܕܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܘܐܫܝܕ ܕܡܐ ܣܓܝܐܐ ܕܥܡܡܐ ܕܚܛܘ ܗܝܕܝܢ: ܘܩܘܪܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܕܐܬܩܪܒܘ ܗܝܕܝܢ ܒܚܘܕܬܐ ܕܒܝܬ ܡܩܕܫܐ. ܘܫܠܝܐ ܘܫܝܢܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܩܐܡ ܗܘܐ: ܘܚܟܡܬܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܡܫܬܡܥܐ ܗܘܬ: ܘܡܘܬܪܐ ܕܣܘܟܠܐ ܒܟܢܫܐ ܡܬܪܘܪܒ ܗܘܐ: ܘܥܐܕܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܛܒܬܐ ܘܒܚܕܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܡܬܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܘܕܝܢܐ ܕܡܕܒܪܢܐ ܗܝܕܝܢ ܕܠܐ ܢܟܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܘܟܐܢܘܬܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܚܝܠܬܢܐ ܒܫܪܪܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܬ. ܘܐܪܥܐ ܕܒܬܪܟܢ ܐܬܪܚܡܬ ܗܝܕܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ: ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܚܛܝܢ ܗܘܘ ܥܡܘܪܝܗ̇: ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܐܪܥܬܐ ܡܫܬܒܚܐ ܗܘܬ. ܘܨܗܝܘܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝܕܝܢ ܫܠܛܐ ܗܘܬ ܥܠ ܟܠܗܝܢ ܐܪܥܬܐ ܘܐܬܪܘܬܐ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܡܝܐ ܢܗܝܪܐ ܕܚܙܝܬ ◆

ܘܡܝܐ ܫܒܝܥܝܐ ܐܘܟܡܐ ܕܚܙܝܬ: ܗܢܘ ܗܘ ܡܥܘܩܡܘܬܐ ܕܡܚܫܒܬܗ ܕܝܘܪܒܥܡ ܕܐܬܚܫܒ ܕܢܥܒܕ ܬܪܝܢ ܥܓܠܝܢ ܕܕܗܒܐ ܘܟܠ ܥܘܠܐ ܕܐܥܘܠܘ ܡܠܟܐ ܕܗܘܘ ܡܢ ܒܬܪܗ ܘܡܘܚܪܡܘܬܗ ܕܐܝܙܒܠ: ܘܦܘܠܚܢܐ ܕܦܬܟܪܐ ܕܦܠܚ ܐܝܣܪܝܠ ܒܗܘ ܙܒܢܐ: ܘܟܠܝܢܐ ܕܡܛܪܐ: ܘܟܦܢܐ ܕܗܘܘ ܥܕܡܐ ܕܢܐܟܠܢ ܢܫܐ ܦܐܪܐ

David et Salomon. [2] Et fuit eo tempore aedificatio Sion et encaenia sanctuarii et effusio sanguinis multorum populorum, qui peccaverunt tunc, et oblationes multae, quae oblatae fuerunt tunc in encaeniis sanctuarii. [3] Et tranquillitas et pax illo tempore existebat [4] et sapientia in synagoga audiebatur et copia intelligentiae in congregationibus magnificabatur, [5] et festa sanctitatis cum bonitate et laetitia multa peragebantur [6] et iudicium rectorum tunc sine fraude videbatur et iustitia praeceptorum Fortissimi in veritate perficiebatur [7] et terra, quia deinde misericordiam consecuta est illo tempore [a], et quia non peccabant habitatores eius, prae omnibus terris glorificabatur et Sion civitas tunc dominabatur super omnes terras et regiones. [8] Hae sunt aquae lucidae, quas vidisti.

LXII. Et aquae septimae nigrae, quas vidisti, haec est perversio cogitationis Ieroboam, qui cogitavit facere duos vitulos aureos, [2] et omnes iniquitates, quas inique perpetrarunt reges, qui fuerunt post eum, [3] et execratio Iesabel, et idololatria, quam exercuit Israel illo tempore, [4] et prohibitio pluviae et fames, quae fuerunt usque adeo, ut ederent

Mediolani, Cod. Syr. B. 21. Inf. f° 264 r° *a* et *b*]

[a] *quia deinde misericordiam consecuta est illo tempore*] Ryssel pro ܗܝܕܝܢ ܗܟܢܐ legendum esse dicit ܗܟܢܐ ܗܘܐ *hac ratione*, probabiliter autem graecum τοτε per errorem bis translatum est, hinc tautologia.

mulieres fructus ventrum suorum [a], [5] et tempus captivitatis eorum, quod supervenit novem tribubus et dimidiae, quia erant in peccatis multis. [6] Et venit Salbanasar rex Assyriorum et captivos abduxit eos [b]. [7] Degentibus autem nimis est dicere, quam impie et improbe egerint semper seque nunquam iustas exhibuerint. [8] Hae sunt aquae septimae nigrae quas vidisti.

LXIII. Et aquae octavae lucidae, quas vidisti, haec est probitas et rectitudo Ezechiae regis Iuda et bonitas [Dei] [c], quae supervenit ei. [2] Cum enim commotus est [d] Sancherib, ut periret et ira eius conturbabat eum, quomodo periret etiam multitudo gentium, quae erat cum eo. [3] Cum autem audisset Ezechias rex ea quae cogitabat Assyrius rex : ut veniret et caperet eum et perderet populum eius, duas tribus et dimidiam, quae remanserunt, immo etiam Sion vellet destruere : tunc confisus est Ezechias in operibus suis et speravit in iustitia sua et locutus est cum Fortis-

